

transferatur; ac quotiescumque vesicam aut alvum exonerare cupit, eidem pelvis ex orifice, aut ea quam Gr. Fabr. Hildanus descripsit, supponatur; & hoc modo animi deliquia & certius declinabuntur.

Aëris in conclavi vel cubiculo saepius suffumigando accensis ligatis juniperinis aut abiegnis corrigendus est, ut supra sect. 11. cap. 3. jam protulimus.

CAPUT XX. *Quomodo ager in statu convalescentie tractandus.*

**Q**uamprimum morbus declinare incipit, appetentiaque ciborum æstro redit, ventriculus non statim multis crudis concoctuque difficultibus, aut supra jam interdictis cibis oneri debet, alias per facile recidivas efficeret febris; sed de die in diem ita paullatim dimensus cibus augendos, usque dum tandem ventriculus liberaliora ingesta ablique omni molestia ferat, nulloque labore digerat.

Vinum non concedatur, donec stomachus modicam ciborum quantitatem retinere possit; quod si fiat, in prandio & cena aqua dilutum modica quantitate hauriendum; extra autem hoc tempus vitari debet. *Nos dandum in febre, nisi veteribus, vinum, nec nisi declinante morbo Plin. hist. nat. lib. 23. cap. 1. memorie prodidit.*

Si post uberem nutritionem scrotum intumescat inflammatione, unguentum Jovis cum magnate suo calide saepius imponatur; intus vero profundit diaphoretica, ut in morbo praegresso.

Si vero decumbenti in statu convalescentie pedes intumescent cedemate, mane ac vespere haec somenatio pedibus prodest, si per medium horam vaporum calidum inde emanantem excipiat, quæ sic patitur:

**S**alvia, flor. chamomeli, serpilli, origani, ramuli, pinastri, bacchar. junip. singul. manip. ij. vel iiiij. decoquuntur in aqua aut vino albo aliquamdiu; dein omnia simul in fistulam fundantur; utque vapor fervidus pedes ubertim lambat, silices, lateres, aut sacramenta ferri ignita per vices immergenda; pedes operculo fistula cancellata mox insistant, ac linteis circum quoque munitantur, quo vapor eò fortior versus pedes feratur.

Interne, corpore intumescente, prodest salis polychresti 3. vel antim. diaph. ac flor. salis ammoniaci sing. 3j. si in jure salis experte assumentur.

Moderatae corporis motiones inserviantur; ægeraque diutius ob virium debilitatem extra lectum non ambulet; vires tamen omnes brevi tempore, ubi aere simul exteriore iterum frui datur, recolligentur.

Alvis quotidie suum faciat officium, necesse est. Veneri immaturius non licet; ira, timor, ac terror vitentur.

Si corpus omni humido spoliatum sit, conduceat per iiii. hebdomadas serum lactis caprilli, mane ac vesperi calide ad xxij. potum, in effuso spiritibusque orbo sanguine, plerosque sensus hebescente, apparentiam simique naturalem suspidente, succus nasturtii recens ad cochlearia 3. vel 4. in jure non salito, mane ac vesperi, per duas hebdomadas calide potus admodum efficax erit.

Intertrigo emplastro saturnino aut spermatis ranarum eluditur; si vero sub cute sphacelus delitescat, excindendus, ac unguento Egyptiaco separandus, & siccus aliud ulcus sanandus est.

Quod reliquum est, ex sect. 11. ubi virtus vicissim ratio prescribitur, hic repetatur.

Faxit D. O. M. ut omnia, quæ hic proposuitur, in gloriam ejus sempiternam, misericordia fatum, medicorum artis honorem cedant. Cujus sanctissimæ voluntati, æviternæ providentiae, imperscrutabilis sapientiae, ac infinitæ misericordiae nos, ac nostra studia, haud fucata mente, supplices commendamus. *Hallenus: HENRICUS SCRETA.*

DAVIDIS HAMILTON,

Equitis Aurati, Regalis Societatis Londinensis utriusque SOCII, *Nec non* Magnæ Britanniae REGINÆ Medici Ordinarii,

TRACTATUS

de FEBRE MILIARI seu VESICULARI; (*que ad malignas suò modò pertinet, & Puerperis saepissime funesta est.*) Accessit FEBRIS MILIARIS HISTORIARUM FASCICULUS.

*De nomine hujus Morbi, Genere, & Species.*

**F**ebris Miliaris, à Pustulis sive Vesiculis, Seminis Milli speciem quodammodo præ se ferentibus, & præcipue circa Partes superiores apparentibus, Nomen accepit. Mihi tamen viderur potius nominari debere Febris Vesicularis. Quia Pustule sunt Vesiculae, prius sero limpido, deinceps subalbo, Periarum colore non absimili, plena.

Non defunt, qui Febris solummodo Pestilentiales Petechialesque opinantur Malignis adnumerandas. Censo tam et aliis, Specie diversa, Malignarum Classi debere referri.

Primo, quæcumque febres vel contactu, halitave, vel quavis alia Contagione trahantur.

Deinde, & istiusmodi Febris quas statim ab Initio Dolor vehemens, & alicui Parti affixus comitantur, viz. Capiti aut Infectinorum Renunve Regioni, aut etiam Artibus. Pariter ac à Ægrotus Cephalalgia, vel Dolore Colico, aut Nephritico, vel Podagrâ, aut Rheumatismo, vel etiam Doloribus Parturientis, tanquam originali Morbo, laborasset. Cum tamen istiusmodi Febris Miliaris Symptoma haud iis cessura sint Remediis, quæ, ubi Morbi ita nominati primarii sunt, valere solent.

Porro, & in quibus Spiritus Animales subito opprimuntur & deficiunt; Et ubi prædicta Symptoma à nulla Causâ evidenti, sed à veneno quodam latente, pendere videntur: ab Antiquis Occulæ Qualitatibus, à Neotericiis Vaporum nomine designato.

Vel demum, ubi ex Causâ, ut videtur, non absimili, spem Salutis subitanæ Mors excipit. Quæ omnia, ut Malignitatem ostendunt, ita & in Febre Miliaris observavi accidisse.

Et notatum dignum est, hanc Febrem eadem Malignitate ac Petechialis apud Indos graffari.

Hæc Febris specie duplex est, Simplex & Composita. Simplicem dico, quoties Pustulae erumpunt nullæ, præter Miliares, de quâ hic differentes sum. Complexam, cum Pustulae Papillares rubrae, Miliaribus sunt interspersæ; quæque ubi solitariae sunt, à Rash, vulgo appellantur.

Et notandum est: Pustulas Miliares nonnunquam Variolis

Variolis immisceri, easque, dum intumescunt Variolæ, paulatim exarescere: Verum post exiccatas Papillares superfites manere.

## Febris Miliaris Descriptio.

**Q**uo melius Febris Miliaris Historiam perscribam; Antecedentia, Concomitantia, & Consequentia enumerare placet.

Antecedunt, Constitutio Corporis imbecillis, siue ea Naturalis est, sive ex Evacuationibus supremum factis, Virtute nimis parco Adventitia; Sanguis serotior: Mens imbecillior & timidiuscula ac facilis iæsi ab externis, ut in Fœminis & effeminatis Viris. Cogitatio multa & intensa, aut moestitia. Obstructio, vel Ulcus in aliquâ parte cum Dolore conjunctum. Unde Dolore Colico, aut Calculo, aut Renum ulcere. Podagrave diu affecti, huic Febri magis sunt obnoxii. Calor etiam internus in Mulieribus, cum vel sine Siti, & præcipue sub tempore Puerperii; unde & Partus Dolores minus solito vehementes sunt, & Spiritus sine causa evidente admodum deprimuntur, cum oppressione Pectoris suspitia cogente. Quibus, ut in aliis Febribus, hic etiam ferè semper accidit Frigus externum.

Hanc Febrem saepè comitatur Dolor, Colici, Nephritici, Pleurici, Rheumatisnati, vel Parturientis æmulus. Nec non oppressio Pectoris, cum Depressione Spirituum. Dolore prædicto post biduum triduumve recedente, totius Corporis horror, deinde Frigus Calore alternatum oriuntur. Lenior tamen hic Calor est, quam in Febre vulgari continua, & naturali proprius accedit: Dum vola manus Calore magis intenso efficitur, pars convexa mitiori. Pulsus etiam frequens est, sed debilis. Spiritus saepè maximè deficiunt, & quasi ex magno pondere Pectus oppressum edit suspitia. Somnus obrepens subiudicatur, & interruptus; omnium penè Symptomatum maximè inseparabile. Saepè enim plures dies noctesque sine Delirio, aut Capitus Dolore, insomnes sunt: ferè multò diutius quam in aliis Febribus. Cujus rei Exemplum vidi, præ alio singulare, in Fœminâ quadam Illustri, quæ sub cura Doct. Francisci Bernardi, in hac Febre, sine Delirio, Dolore Capitis, per Mensem passa est vigilias. Lingua nunc Aphthâ albâ obducta est, nunc sanorum similis. Urina, nonnunquam, ferè ut Aqua communis, pallida; alias, naturalem præ se fert colorem. Quo Symptome decepti Juniores Medici, frequenter ad Vapores, ut vulgo loquuntur, referunt. Hac Febre correpti aliquando Ventriculi ægritudinem, præcipue post somnum, patiuntur, & nonnunquam Diarrhæam, vel ex suâ negligentiâ, vel ex malâ Praxi: scilicet, dum Calefactionis, in Paroxysmis Hystericis usitatoria, sine Diaphoreticis, præscripta sunt. Unde, loco placidi naturæ progressus, Materiam Morbificam per Diaphoresin expellentis, rapida Fermentatio eandem in Intestina deturbat. Alvis nunc astricta, nunc cum Ventriculi ægritudine, & Intestinorum Doloribus soluta est. Modò multum sitiunt, modò parum. Ali quando manus & lingua, Medico porrectæ, tremunt; & Ægri quasi cum Tremore loquuntur. Motibus etiam Convulsivis, Delirio, ac difficultate Respiratione haud raro premuntur. Quorum Symptomatum exacerbationes, Febris Intermittentus Paroxysmorum instar, recurrent. Pectoris cum suspiriis oppressio, vel sine causa evidente spirituum major defectus, Vigilæ, & Spirituum commotio, a Hurry in the Head vulgo dicta, quo-  
ties Ægri ad somnum se componunt, nec non

Tom. II.

Pulsus frequens & debilis; quibuscumque aliis Symptomatis conjuncta, Pustulas Miliares erupturas semper prænunciant. Quæque omnia persistere solent, donec Postulæ Miliares eminant: deinde à plerisque Ægroti liberantur.

Hæ Pustulæ, plerumque in Pectore, Collo, & Digatorum interstitiis, interdum etiam in toto Corpore sunt perspicue; &, paulatim indies audæ tandem evanescunt: Cuticula Pustularum sedibus subscabri manente. Nonnunquam pruunt; præcipue in Febre Miliaris complexæ; ubi scilicet Pustulæ Papillares rubræ permistæ sunt Miliaribus. Et observare est, hanc Febrem, quod simplicior est, Symptomata habere eò leviora. Quæque hæc ratione, tam incavis Medicis, quam Ægris, incuriam frequenter creant. Unde Febris hæc vel magis sit periculosa, vel Morbus alijs saepè oritur. Ex minori enim cautela, quam primo loco adhiberi oportuit, gravioribus Symptomatis, scilicet Ventriculi ægritudine, Appetitu diminuto, Calore interno, oppressione Pectoris, Spirituum depressione & spiritis, Caloris & Frigoris irregulari recurso, vigilas & similibus, aliquando incipit.

In hujus Febris declinatione sudore frigido sape madent manuum superiora.

An Pustulæ Miliares certo die apparet soleant, difficillimum est observare, cum prima huius Morbi facies, & de eodem Patientis narratio, adeò sint incertæ. Quantum autem assequi possum, eas opinor decimo vel undecimo die, à principio, plerumque pullulare; si modò Febris regularem habeat progressum: & circa decimum & octavum, vel ubi Materia morbifica abundat, circa primum vel secundum & vicecum desicari.

Tempus Eruptionis observare, tentavi primò in iis Fœminis, quas tertio à partu die advocatus, de Horrore vel Frigore, & Calore subsequente querentes audivi. Cum enim Pustulas Miliares in illarum Pectore & Collo inspectis viderim, eas judicavi à multis diebus Febre Miliaris correptas fuisse. Et scrutinio facto ab usque Morbi initio, vel Calorem præternaturalem, vel partis alicuius Dolorem, cum vel sine sibi, & cum maximâ Pectoris oppressione ac suspiriis, Spirituumque defectu, ante partum sensisse comperti. Quæ Symptomata, cum ab appropinquante Partu pendere purarentur, à Partu se bene haburas sperabant. Deinde, partus Dolores, etiamsi solito sint mitiores, eos tamen maxima Pectoris oppressio cum suspisiis, spirituumque defectus, (ab Obstetricibus Timor & Vapores dictus) pulsusque frequens ac debilis subsequuntur, Pustulæque Miliares prænuntiare solent. Quatum Eruptioni in Puerperis ad sudorem in Lecto compositus, via sternitur. A primo itaque Calore interno, vel Dolore ante Partum, ad Eruptionem à Partu, dies undecim frequenter numero. Verum Ægrotæ sui flaus Ignorantia & præpostera narratio, Medici prognosin ut plurimum adeò confundit, ut ipsissimum diem vel curiosissimus haud indigere noverit.

Febris Miliaris consequentia, quatenus meæ observationi occurunt, sunt Tumor Femorum, Tibiarum, Pedumque, non semper indolens; ex umescencia & abscessu Mammarum; depravata Memoria, Fluxus Lochiorum nimius, & Urinæ; affectus Hypochondriaci aut Hystericæ æmulus; Calor internum, cum debilitate, languore & diminuto Appetitu conjunctus. Horum inquam, nunc hæc nunc illa contingunt, quoties Febris, vel ex suo malo more, vel Medici malâ Praxi infelicem habet exitum.

Ccc

D

## De Febris Miliaris Causis Internis.

**Q**uod ad Causas Febris Miliaris internas attinet, partim à Sanguinis & succi nervosi serofitate nimia, & quādam Acidā Acrimoniam; partim etiam à Succi Nervosi nimia commotione, pendere videtur. Quae mea conjectura ex hujus Morbi præcedente Historia, ex Medicamentorum huc pertinentium effectu, & ex Cadaveribus hāc Febre mortuorum disjectis, probabilis videtur.

Sanguinis Acrimoniam seu Aciditatem arguitur secretiones huic Febri peculiares. Urina enim hīc magis decolor est, sanorumque similius; emittiturque majori copiā, quām in Febre Ardente, ubi Sanguis & Succus Nervosus Particulis Sulphureo-salinis imprægnantur. Et experimur Urinam decolorem copiosē effluere ex usu Oxymelitis Scillitici in Hydrope incipiente. Ptyalismus etiam in hāc Febre plerumque copiosior est, quām in Ardente. Ideoque hīc sitis ut plurimum minor est, & Lingua visco humore minus obducta. Porro, & Pustulæ Miliares, quae sero plenæ sunt Vesiculæ, ab Aciditate prædictâ secerni videntur; Non secus ac à quovis Acido assiso, fit Lactis serum.

Idem patet à Medicamentis juvantibus, Testaceis scilicet, ut Oculis Cancrorum & similibus, quae Acida absorbent.

Nec minus ex Lædentibus. Omnia enim Sapores Acida, ut succus Limonum, &c. in hāc Febre nocent.

Serofitas Sanguinis probatur, à Calore, qui hīc mitior, quām in Febre Ardente sentitur. Et quo simplicior est hāc Febris, eo mitior est Calor. Nam ubi Pustulæ rubræ, & Rash vulgo dicitæ, Miliaries sunt interspersæ, omnia Symptomata Febrem magis ardensem ostendunt. Et Anasarcæ laborantes, ubi Sanguis sero abundat, licet Febre aliquando Miliari, & Symptomatis Nervosis, vix tamen unquam ardente afficiuntur.

Idem probat, tempus, quo Pustulæ Miliaries erumpunt. Quæ ob Sanguinis serofitatem, indèque Calorem & Motum mitiorem, non tam citè ac Papillæ & Variolæ, ubi Sanguis sulphure magis abundat, expelluntur. Quemadmodum simplex Aqua, tardius quām Vinum aut spiritus vini ebullit. Quam etiam ob causam Spiritus Animales in hāc Febre primò commoventur.

Remedia hujus Febris Curationi adhibita idem ostendunt: nimirum, continuata Diaphoresis, & Vesicatoria successivè apposita. Quæ serofitatem Sanguinis, & Succi Nervosi diminuant, eodem tempore quo eorundem Aciditatem edulcorant. Adeo, & Curatio hujus Febris à Natura perficitur, Sanguinis serum, ex aliquā parte in generatione Pustularum Miliarum, eliminando. Neque liquores diluentes & aquosiores, hīc adeo multum, ac in Febre ardente, profundunt; ubi potius Pulli Gallinacei Juseulum copiosē bibendum est. Porro, & quæcumque sero diminutionem per Diaphoresin impediunt, Lædentibus adnumeranda sunt; ut Frigus externum, & Medicamenta Calefacientia sine vi Diaphoretica.

Tan aciditatem Sanguinis, quām Serofitatem, Cadavera eorum qui hāc Febre moriuntur, satis perspicue demonstrant. In quibusdam enim Partibus sanguis coagulatur, & non secus ac Oleum ex effusione spiritus Vitrioli nigrescit. Idem tamen Sanguis extravasatus Linteum valde pallido colore imbut. In aliis Partibus, adeo serofus est, ut & ipsa Vasa Sanguinea verè palleant. Cujus rei instantiam profero, in sequentium Historiarum ultimi-

ma. Et nuperrimè vidi non absimilem, in Juvene quodam Illustri, annos circiter unum & viginti natu, hac Febre mortuo, ex omisso Morbi Curatione tempestivā. In cuius Abdomine, Thorace, & Crano apertis, Vasa quibusdam in Partibus, Sanguine nigricante & coagulato distenta erant. Sanguis tamen è Vasis discissis elapsus pallido colore Linteum infecit. Et non infrequenter experimur, è Venâ sectâ Sanguinem rutilantem fluere; à Vino nempe generoso copiosē ingesto. Colore tamen pallido linteui imbuti suam Serofitatem ostendere. In aliis hujus Cadaveris Partibus, Sanguis serofus videbatur, & Pallido Colore tinctus; ut & Cor ipsum Plexus etiam Choroides, ob copiam Sanguineorum Vasorum ipsum formantium, semper ferè rubicundus, maximè pallebat: tum Acidi tum Serofi Sanguinis argumentum. Neque dubitandum est, Succum Nervosum, à Sanguine orum, similem Naturam adepsum fuisse.

Intemperiem Febrilem in Liquore nervoso sive spiritibus Animalibus primitus accendi, Symptomata Nervosa primò occurrentia, nempe Dolor, Spiritum depresso, Vigilæ, & similia supra enumerata, probant. Cum interim, Symptomata, quae Sanguinis fervorem Febrilem indicant, ut Calor vehemens, pulsus fortis, Capitis Dolor, Sitis, Lingue siccitas, Urina rubicunda & parca, &c. omnino defunt. Demum in hāc Febre Juvantia, nempe Mens spiritusque ab omni tumultuorio motu immunes, idem ostendunt. Hic itaque Commotio Febrilis, à Seri Sanguinis metaflasi, in Succum Nervosum originari videtur, indeque in Sanguinem transferri.

## De Symptomatum Causis.

**F**ebris Acuta continua, non Maligna, ex obstruptione Glandularum, Cutanearum præcipue, indeque Sanguineorum Vasorum Plethora pendere, plerique autem. Et in Febre simplice Miliari Succo Nervoso idem accidere, verisimile est. Nam ut Nervi ex Obstructione tenduntur, ita ex Tensione Dolor oritur, hujuscem Febris Symptoma omnium ferè primum. Ideoque Medicamentis Diaphoreticis, Plethoram & Obstructionem Nervorum Capillarium minuentibus, potius quām Laudano consoluntur. Uti & ex Petechiarum aut Variolarum eruptione, Ægri à Dolore, Symptoma eorum primario, magis liberantur, quam ab uso Laudani.

Succus Nervosus, Nervorum Capillarium obstruktione auctus, & in suo motu repulsus, Motum irregularem imprimet Spiritibus Animalibus, & Horrore Ægrotum afficit.

Calor autem succedit Frigori, ex Succo Nervoso in Sanguinem (tandem obstruktione referat) copiosiss transuso, motumque Sanguinis citatiorem generante. Neque tamen hic, ubi Sanguis scatet partibus serof-acidis, quæ motum ejus inhibit, Pulsus adeo magnus est, ac in aliis Febribus; quæ primò in ipso Sanguine, salinis sulphureisque particulis luxuriante, excitantur.

Calor & Frigus se mutuò excipiunt, sed irregulariter. Nimirum à serofitate Sanguinis, Succo que Nervosi ab eo secreti: qui exinde citius à Medicamentis, motu Corporis, multiloquio, vel Animi Pathematis, affecti sunt. Ideoque nihil magis conductit ad Caloris Frigorisque irregularem recursum cohendendum, quam mora in Lecto & Qui-tudo.

Pectoris oppressio & suspitia, à Liquore Nervoso, in Nervis Pectoris Capillaribus flagrante

nante orientur. Vesiculis enim seu Pustulis Miliaribus emissis. Ægri ab oppressione liberantur. Certe à Sero in Asperæ Arteriaæ extremitis Ramulis minimè pendet: Ita enim producetur Asthma, & Pharmacis Pectoralibus oppressio allevatur; quæ tamen hic sunt inutilia, & quæcumque Pustularum Miliarum eruptioni incommoda.

Oppressionem hanc comitatur Spirituum defectus. Ne sapere ob Sanguinis serositatem, indeque parciorum in Succum Nervosum Spirituum secretionem. Oritur etiam à Succi Nervosi serositas. Spiritus Animales onerantur. Serositas enim per Diaphoresin diminuā, liberantur Spiritus Animales, viresque Æger recuperare videntur. Non secus ac Bajulator, qui deposito onere Spiritus statim refutat. Quod non accedit in Spirituum defectu, ex Hypercadarsi orto. Et notissimum est hæc Febris Miliaris laborantium, non secus ac oneribus defessorum, Pulsus eundem manere, dum Spirituum defectum passi sint, & ab eodem liberantur. Verum ex Evacuatione nimia, Pulsus debilitas, Spirituum depressionem responderet.

A mortuorum Animalium magis celeri insomnes sunt, saepè delirant; & quoties ad somnum se componunt, de quadam Sensu Interni Confusione queruntur.

Quando in Vigilis Caput indolens est, à minori Imperio Sanguinis versus Cerebrum pendet. Licet enim mortuus paulò vegetiore circuit, quam in Sanis: remissius tamen quam in aliis Febris, sive intermitentibus sive Continuis, movetur. Quam mobrem & Situs hic longe maior est, quam in Febre Ardente. Et eadem ob causam Urina est magis decolor, Sanguinemque similior: Et majori copia emissi, ex Aciditate Sanguinis serum separante. Quæ de causa frequentius etiam expuerere solent.

A Serositate Spirituum Animalium Musculi antagonistæ non semper æquilateri contracti retinentur; unde sunt Motus Convulsivi. Si autem à serositate praedita Contractio Musculorum fuerit debilior, Lingue Manuumque solummodo fit Tremor.

In hujus Febris principio, si Ægri, Similitudine Vaporum decepu, è Lecto surgant, calidæ Medicamenta usurpent, Sanguinis Spirituumque motus exinde augentur: Et loco Pustularum Miliarum Natura ad Materiæ morbificæ intempestivam ac devium Secretionem stimulatur. Unde producentur Symptomata, secundum varias Partes in quibus deponitur, variata; Febrisque Miliaris sub alterius Morbi formâ delitefecit. Si in Ventriculo, Nauseam & Vomitum paret; in Intestinis, Dolorem & Diarrhæam. In quo casu, Dolores & Diarrhæa, ciuius leui & continua Diaphoresi, quam Liudano vel Astringentibus recedunt. Et si contigerint solummodo duæ tresve Sedes, absque Ventris Torminibus, Spirituumque Defectu, quæcumque Astringentia & Opiata censio amovenda. Quippe se penumero fatis est Materiæ, tam in Sedes, quam in Pustulas Miliaris distribuendæ. Quapropter & de earum Eruptione à Sedibus nihil memendum est. Idemque experimur, ubiqueque Materiæ abundant secernenda: Exempli gratiæ, in Variolis ubi nec Enema, nec Venæsectio, Pustularum Eruptionem impedit. Nec quicquam mali accidit à Catameniis, toto Variolarum cursu lente effluentibus.

Pulsus denique sit debilis, à Serositate Sanguinis Succique Nervosi; & proinde Spirituum Animalium paucitate, Cordisque laxiore Systole.

Tom. II.

#### De Signis in hæc Febre Prognosticis.

**D**E hæc Febre Prognosis ita instituenda est. Si Ægri sui Regimen in principio omiserit, Medicusve Pharmaca calida Diaphoresin minimè excitantia prescripserit; licet Symptoma ab initio fuerint mitiora, Morbus tamen saepè in pejus ruit, & vel mortem, vel ægritudinis diuturnitatem minitatur.

Si ab initio Pers aliqua doleret, vel Æger indolenter calesceret, aut Et Ventriculus ægrotaret, deindeque Calor & Frigus alternis vicibus, intervallis tamen inæqualibus recurrerent. Si rituumque defectus, & Pectoris Oppressio cum Suspensis, facilis respiratio conjuncta sint, tandemque Pustulae cum leni & perpetua Diaphoresi sese ostenderent, res plerumque in vado est.

Delirium, Motus Convulsivi, Convulsio, vel Apoplexia, si ex Signis hujus Febris Pathogomonicis, nempe summa Pectoris Oppressione, cum Suspensis, Spirituumque Defectu, Symptomata comitantia viderentur, & in principio accidenterent, facilius Medici diligentæ Praxi regulari cedunt. In progressu vero, & declinatione, ubi Æger imbecillior est, & Pustulae Miliares, aut ex impresso Frigore, aut forsan à malâ præxi delitescent, in Cerebrum. Nervosque lethalis fit metathasis, & brevi Mors sequitur.

In hæc Febre, suppressio Diarrhææ subitanea, sive fiente, sive Astringentia, sive Opiatorum ab usu sit, Apoplexiæ cavere jubet, Præcipue, si iste Morbus, ex Plethora & Partium strætura, statret in procinto.

Citrinus Urinæ Color, qui subito in pallorem transit, de metuenda Metathasis Medicum monet.

In Puerperis hæc Febre correptis, Diarrhæa Symptoma periculofum est. Non modò enim Pustularum Eruptionem, sed & Fluxum Lochiorum impedit,

Respiratio difficultis, Vox fauibus hærens, & linguae Tremor, inter periculosa Symptomata collocanda sunt. Præcipue, Dyspnœa Nervosi.

Ægri, quæ magis somnolenti, eò felicius convalecent.

Qui mitioris sunt Indolis, facilius quam qui Feroces & Iracundi, liberantur.

Si Natura & Medicus, quasi juctis manibus procedant, statim à desiccatis Pustulis Ægri vires recuperant. Nisi, ex abundantia Materiæ Morbificæ, Reliquæ super Partem aliquam separantur.

In Febre Scarlatina, si Pustulae Miliares Colori rubro exuncto superveniant, salutem promittunt.

#### De Febris Miliaris Simplicis Curatione.

**E**X hujus Febris Miliaris Simplicis Natura descripta indicationes curativæ sunt hujusmodi. Nitrum, Sanguinis & Succi Nervosi Aciditatem dulcificare, eotumque Serositatem diminuere, nec non Spiritus Animales liberare & restituare: Et hac Methodo obviam eundo periculosis Symptomatis, Spirituum Animalium Sanguinisque Motum ad æquilibrium restituere. Quo fato, Pustulas Miliaries è Materiæ ritè præparatâ genus, solito tempore expectare licet.

Ad sanguinis Succique Nervosi Aciditatem (unde Coagulationes sanguinis, & seri secretiores proveniunt) edulcorandam, Medicamenta, vulgo Alcalina dicta, & præcipue Tinctures, sunt eligenda: E quibus sunt Oculi Cancerorum, Mar-

garitae praeparatae, & similia. Et ad eorum serositatem simul minuendam, quæ etiam lenem & continuum Diaphoresin promovent, maximè omnium present: in quorum numero Pulvis è Chelis Cancerorum compositus, Lapis Goensis, & Bezoar Orientalis, præcipuum locum obtinent. Horum enim usu, dies aliquot repetito, Sanguinis & succi Nervosi vitia corriguntur; Pulsusque ad fortiorum motum restitutus, magisque æquabilem, Pustularum Miliarium eruptionem accelerat. Equidem, si nulla ratio Diaphoreseos habenda esset, neque alicujus Indicationis, nisi ut Sanguinis Spiritusque Animales exaltentur; calidiora Cardiaca, uti Radicem Serpentariae Virginianæ aut similia, vel etiam Vinum ipsum tutò & copiose sumere licuerit. Hæc autem & hujusmodi, in hæc Febre, viz. ad Pustulas Miliaries expellendas, raro locum habent. Nam Sanguinis Fermentatio vehementior, & Materie morbiscaæ contemporanea secretio, non bene convenientur. Et sæpe calidorum usu, Delirium, Motus Convulsivi, & similia producuntur. Omnes itaque Secretiones, sive Naturæ, sive Arte effectæ, faciliter lente procedunt. Id quod à Medicamentis Testaceis obtinetur; quæ dum Calorem fovent mediocrem, simul & edulcorant, & Diaphoresin promovent.

Ad Serositatem minuendam optimè etiam respondent Vesicatoria: Nec non ad Coagulationes sale suo Volatili impediendas. Nullum itaque aliud Remedium Spirituum Animalium Commotionem magis sedat, Somnumque conciliat, aut Spiritus depresso levare solet. Materiæ enim morbisca ex aliqua parte eorum ope dimidiatur, Naturæ reliquam, viâ sibi consuetâ, faciliter amandare potest: tantum abest ut Pustularum Eruptionem impediatur. Neque tamen plura unâ vice Vesicatoria, sed alia post alia, applicanda sunt, nisi grande aliquod Symptoma exigat. Notandum autem est, postquam ulcus prioris Vesicæ siccatum fuerit, quamprimum aliam debere excitari. Cum sæpe observaverim, omnia Symptomata statim à siccatis prioram Vesicarum Ulceribus ingravescente, iterumque ab aliis Vesicis excitatis fieri leviora.

Anno 1697. quidam hæc Febre correpti non modo Capitis Dolore, sed & Tumore affecti sunt: Attamen ex Vesicatoriis successivè appositis, dietim immutatis. Ex appositis pone Aures disparuit Frontis Tumor; Temporum & Oculorum, ex tertio inter scapulas, & Genarum similiter, Labiorum, Fauciisque, ex aliis super Brachiis, Femoribus, Tibiisque, ut in sequentium Historiarum primâ fusi ostenditur. Et notetur quod ex minimo temporis intervallo, à prioris Vesicæ exsiccatione ad generationem alterius, & Dolor & Tumor aucti fuere.

Anno 1704. quorundam in hæc Febre Fauces occupavit Dolor, illius qui in Anginâ æmulus. Quo percepto Symptome, licet multi subito mortui sint, eo tamen leni & continua Perspiratione dominato, omnes sub meâ Curatione evaserunt.

In hæc Febre, Cathartica raro sunt admittenda, non nisi grande aliquod Symptoma indicavrit. Emollienti verò Enemati, ad primas Vias mundificandas, sæpe locus est.

Raro etiam Sanguinis emissio permittenda, nisi ex urgente aliquo Symptome, viz. Asthmate, Pleurite, vel simili indicaretur.

Animi Pathemata in hæc Febre vitanda sunt. Et quæcunque commovent Spiritus Animales, sive grata sive ingrata fuerint, noxia sunt. Quietudo etiam in lecto imperanda est. Contrario autem in hac Febre incipiente regimine, Pustularum miliarium materia versus cutem motura, aliò re-

pulta, Symptomata periculosa producit. Quibus Symptomatis, si talia adhibeantur, medicamenta qualia ad primarium Morbum inepta sint, vel mors, vel Morbus Chronicus, sine ulla postea Pustularum eruptione, sequitur. Unde discimus qui sit, ut Puerperæ ex hæc Febre felicius emergant. Ob id nempe, quod in lecto tranquillo animo se continent, lenem & perpetuam Diaphoresin sibi concilient; cibisque Potulentis, calafacentium Pharmacorum loco refocillentur. Sæpe enim observare est, eas, quæ in lecto bene se habere visæ sunt, si inde surgant, tanto spirituum defectu correptas fuisse, ut moribundæ videantur, & ex iis nonnullæ subito obierint. Quæ etiam nimis properè lectum renuant, se tantum Histericæ affectas æstimantes, statim in pejus ruunt.

Hujus rei instantiam jam præ oculis habeo in Domina Shepherd, in Vico vulgo vocato Bartholomæ Lane, habitante, & cui D. Lancashire fuit Pharmacopœus. Illa Pectoris Oppressionem cum Suspiriis, nec non Confusionem interni Sensus, Cordisque palpitationem passa est: quæ Symptomata, & Ægra, & astantes, Vapores æstimarunt: Ideoque necessarium esse putabant, ut è Lecto resurgat. Simul ac verò induerat Vestimenta, Temores & Motus Convulsivi, prædictis Symptomatis sunt adjuncti. Ego jam ad Illam vocatus, ex oppressione Pectoris, cum Suspiriis, Spiritu umque defectu, Febre Miliari, laborare censui, & in periculoflare, nec sine leni & continua Diaphoresi servari posse. Praescripsi itaque in lecto quietudinem, seclusa Visitantium turbâ; Vesicatorium inter scapulas applicandum; Bolumque sequentem sextâ quaque horâ cum Julapio sumendum.

R. Pulv. è Chel. Cancr. comp. Spermat. Ceti, & Ægr. Crocigr. vj. Syr. Paralys. q. s. Mj. f. Bolus.

Qua methodo adeò latè res cessit, ut intra biendum Motus Convulsivi penè penitus aboliti fuerint. Pustulæque Miliaries, jam tandem enatae, altius indies emicuere, serumque in iis, usque ad earum exiccationem, videbatur magis incrassari & albescere.

Puerperæ hæc Febre laborantes, & nimis citè lectum renuentes, nonnunquam ex improviso moriuntur: uti accidit Dominæ Barkley; ad quam licet vocatus eram, tamen ante adventum meum mortua est. Amici Illam, nullo Morbo, præter Vapores vulgo dictos, affici putarunt. Et proinde exsurgere, immiscere se Colloquiis, & similia, sanæ instar, agere voluerunt. Ego verò, ex dolore Femoris oppressione Pectoris, suspiriis, spirituumque defectu mihi narratis, ipsam Febre Miliari periisse ratus sum. Et allata Candela, Pustulas Miliaries quamplurimas super Pectori adhuc eminentes vidi. Et nullus dubito, quin ex frigore, materiam Pustularum in Nervos repellente, hæc Mulier morte subitanea oppressa fuerit. Id quod etiam quibusdam Parturientibus in simili casu accidisse memini. Ideoque, ubi ad Parturientes vocatus, Febris Miliaris signa viderim Pathognomonica, moram in lecto, ut Ægra ad partum se componat, impero.

In prædictæ Dominæ disseclo Cadavere, nil morbosum conspexi præter Polypum. Qui ab eadem causâ ac ipsa Febris, viz. serofitate acidâ proveniens, minimè mortis causa existimanda est.

Sæpe etiam observare est, eos qui in lecto bene se habere visi sunt, si exsurerent, tantum spirituum defectum sensisse, ut moribundi viderentur, cuius rei in Historia casus D. Smith, in Area Bartholomæ Close vocata, exemplum dabimus. Ideoque Cautela, tum à Parturientibus, tum Puerperis observanda est, ut si Pectori oppresso & languore, sine causa evidente affectæ fuerint, statim

Obstet.

Obstetricis ope partum avelli carent, & spretis mulierum arguunculis in contrarium, ad elicendam diutinam Diaphorelin se lecto affigunt.

*De Curatione Febris Miliaris Symptomatum.*

**S**ingulis Symptomatis iisdem Remediis occurrentium cuncto, quibus unum malumus, si solitariè apparuerint: nisi si quod Symptoma contra indicet: quod à perito Medico perspicendum est.

Capitus vel pars alterius cuiuscunquam Dolor, longè certius leni & continua Diaphoræ, quam Opiatis consupitur. Quemadmodum in Febris petechialibus Variolisque, nullo modo Dolores sedari vidimus, donec expellenda materia super cutem eminet. Cum itaque vel pariurienti, vel dolore quovis laboranti advocatus sim, & spirituum defectum pulsusque frequentem ac paulò debiliorem viacim; omisis Hypnoticis, Naturæ momen geret, & statim Diaphorelin excitare soleo. Sin autem Doloris vehementia Opiatorum usum indicaverit, Diaphoretica admiscenda impero. Alias aut non sedant Dolorem, aut ejus loco aliquid malum afferunt. Et si pleuriticus si dolor, vel aliquib[us] Inflammationem ostendat, Venælectio raro est omitenda.

Quoties Calor & Frigus alternis vicibus & irregularibus recurrent, ut plerumque solent; lenis Diaphorelin, ex Pulv. è Chel. Cancr. comp. usu, valde prodest; si modò sine Calefacientibus sumptus fuerit. Quod, etiam a nonnullis parvi pendatur Remedium, multo tamen ejus virtutem expertus sum. H[oc] que, ex multis aliis, uno Exemplo in D. Bouon, D. Salter pharmacopœi Filia, satis patet. Illi secundo die à partu, doluit Abdomen prope Cocan. Qua in parte lento dolore, calore deinde & frigore alternis, nec non Vigiliis & oppressione pectoris cum Suspiriis, & Languore, afflita fuit: tandemque post dies aliquot pustulae Miliares exudarunt. Solo itaque pulveris è Chelis Cancrorum compositi usu sexta quaque hora, ad continuandam Diaphorelin; omniisque Pathemata prohibendo, Agriamque Cibis fovendo Potulentis, Vinoque paucō Canarino, illamque dies quatuordecim post emissas pustulas lecto alligando; æquè feliciter convaluit, ac si non ægrotasset. Etiam ante partum calor Hæticus, Tussis, difficilisque Respiratio, Tabem minutarint. Constat itaque multis h[oc] Febre correptis sanitatem redintegrari longè difficultius; aut ex debita Cura in principio omisa, quasi Agra tantum Hysterice labore, aut valde Calefacientium abuso, materiam scilicet Morbificam, non criticè, sed symptomaticè expellentum. Et observatu non indignum est, quod hac currente Febre, ut praedictum pulverem, experimenti gratia, omitendo, non solum cessavit Diaphoresis, sed Symptoma omnia pejora videbantur: ita & illius usum repetendo, quæcumque laudabiliora renovari.

A Vigiliis levantur, Vesicatoriis, & quietudine in lecto, remotis omni strepitu Animique pathematis.

Ad Delirium maximè prodest Antimonium Diaphoreticum, per se sumptum. Quod licet à quibusdam Medicis ut effæta Calx aestimetur; saepet tamen, & semper per se optato succedit, non modò in Vigiliis, sed & in Delirio præscripti.

Sæpe etiam pacantur Vigiliæ, leni & continua diaphoresi. Ad quam efficiendam, si pulvis predicti usus sit irruens, Spiritu Cornu Cervi, aliis Medicamentis præferendus est, & in posseto Salviano potius bibendus, quam Salviae infuso. I-

*Tom. II.*

deò scilicet, quod plus nutrimenti in h[oc] Febre magis necessariu, suppeditet.

Opiata, si unquam in h[oc] Febre, post Vesicatoria admibenda sunt. Et urgente Diarrhoea, vel pustularum eruptione remorata, Conf. Fracastorii aut Theracea Androm. locum præcipuum tenet.

Nihil à me expertum est, quod felicius motus convulsivos in h[oc] Febre compescit, quam omnes illinre Attus Succini Essentiæ; illiusque quasi viginti guttas à quoq[ue] convenienti liquore sepe exhibere.

In oppressione Pectoris cum suspiriis præcipue Asthmate Convulsive conjunctis, eadem fere, nempe lenis & continua Diaphorelin, Spiritus Cornu Cervi, & Vesicatoria, summe sunt utilia.

In spirituum defectu nihil magis valere expertus sum, quam Aquam Theriacalem, vel per se, vel in vehiculo cum Salis Vol. oleosi guttis aliquot, & Croci Pulvere; præcipue si Cordis Palpatione cundem comitetur.

In Tremoribus, Spiritus Animales aptis sunt reificendi Medicamentis; è quibus Crocus maximè prodest. Nec non cibis potulentis magisque nutritiis, uti Pullorum jure, & similibus.

In convulsione universal, præcipue à materiae morbificæ versus interiora Metalla si ostia, Cucurbitulis cum emissione sanguinis usus sum si liciter. Deinde calefacentes spiritusque volatiles Agrotorum ori ingerendos, nec non Enemata, imperare soleo. Quæ quidem in convulsionibus, præcipue puerorum, sunt proficia.

Agritudo cum nauseâ, pectorisque calor signa sunt Aphtharum imminentia. Quæ mitigantur Symptoma Diaphoresi continuata, donec lingua Aphthas obiecta fuerit. Et observare est, eodem tempore augeri Aphthas, Pustulasque Miliares exarsentes. È contra simul ac lingua Aphthas nuda fuit, Pustulas Miliares elevari, & nonnumquam Febris reliquias, post desiccationem Pustularum, in Aphthas nutriendas derivari.

Vomitione occurro, addendo pulveris è Cheli Cancr. comp. scrupulo, salis Absinthi gr. X. Præcipue si calor Febrilis aequalibus intervalis fuerit repetitus. Nisi aliquod Symptoma (uti Tonillarum inflammatio, quæ salis lixivialis usu augetur) contraindicet.

In Diarrhoea, quam sepe astringentibus augeri expertus sum, vel eidem suppressæ aliud Symptoma pejus succrescere, Vesicatorium utiliter præscribo. Ut hujus & Diaphorelin conjunctâ ope materia secura ab intellinorum glandulis revellatur, Margaritas etiam, vel per s. vel cum aliquo conveniente Diaphoretico, scrupuli pondere, sumendas vicibusque aliquot repetendas jubeo.

Vesicatorii efficaciam ad Chronicam Diarrhaem frequentissime expertus sum. Cujus rei j[us]m præmanibus habeo instantiam in Domina Woshta purerpa, Mercatoris Hispanici in Glosk aene habitantis uxore; cui Dom. Sherwood est Pharmacopeus. Horro primo corrupta fui deinde frigore & calore, incertis spatii recurrentibus: Nec non oppressione Pectoris cum suspiriis, spirituumque defectu. Pulus etiam ei debilis ac frequentissimus. Et passa est Vigiliæ, ferè usque ad enatas in lingua Aphthas. Sub earum uicem eruptionem erat admodum somnolenta; ut & Aphtharum tempore infentes sunt. Agritudine etiam ventriculi premebar, & Diarrhoea, cujus vi improba Lochia ei suppressa sunt. Hanc mulierem sequente methodo multos dies continuatâ ad sanitatem restituui.

R. Sper. Ceti, Pulv. è Chel. Cancr. comp. an. Di. Croci gr. v. Syr. Paralys. q. s. Ml. f. Bolus tamendus

*ccc 3*

## De Febri Miliari composita.

mendus sexta quaque hora è Cochleari Julapii communis. Et applicetur Vesicatorium inter scapulas. Horum usū emicuere Pustulæ Miliares, & paulatim minuebatur Diarrhoea.

Et cum Apathis postea enatis creverunt Pustulæ Miliares, sine astringentium usū. Hujusmodi quidem medicamenta Ægroti in promptu habuit, sed neque sumpsit, neque iis opus fuit.

Si Theriaca, aliave Opiata usurpanda viderentur, opportunè id sit, post apposita Vesicatoria quæ pravos Opiatorum effectus inhibent.

Hoc etiam potenter efficiunt sudorifica opiatis admixta. E multis hujus rei exemplis, unum dabo in quadam Domina Roberts. Illa secundo à partu die, Dolore colico, sine vomitione aut Diarrhoea, sed admodum vehementer & abdomini affixo, correpta fuit. Quapropter coactus sum, Laudani liquidis guttas centum, sesquihora spatio sumendas, imperare. Attamen paulò postea pulveris è Chelis Cancer, compositi salisque volatilis oleosi Dosin majorem offerendo, multas sudavit horas, dolorque sine illâ superflite querelâ evanuit. Contra ac in eadem mulieres & in eodem casu, sub cura alterius doctiss. Medici acciderat. Ille enim, dando Laudanum sine sudoriferis, dolorem equidem sedavit, diu tamen ægra de quadam inquietudine sub sequente querebatur. Et liquido mihi constat ex Laudano per se sumpto, omnes evacuationes plerumque supprimi. Quod si aliter contingat, forsan non Laudano, sed aliò referendum est. Similiter ac si ex sumpto Cortice Peruviano, aut vino Clareto, ob materiæ morbificæ congeriem, Fibrarumve intestinorum imbecillitatem, vel quandam Antipathiam, sequeretur Diarrhoea. Neque post sumptum Laudanum sudor nonnunquam profluens, & Variolarum extumessentia, quicquam redargunt. Quorum neuter à Laudani naturâ, sed potius à Morbi conditione immediatè pendet. Nam ut in Febris, durante fermentatione, sanguis velocius movetur, naturaque secretionibus minimè vacat; ideoque urinam tenuē Ægri meiunt, desinente verò, crassam cùm Hypostasi turbidamque: pari modo, ubi motus sanguinis ex sumpto Laudano citior compescitur, Nervi relaxantur, Porique aperte fuerint, in Febris sudor, in Variolis pus eliminatur facilis. Natura itaque medicamenti non ex aliquo remoto & incerto, sed ex proximo illius effectu definienda est. Laudanum enim in quibusdam alvum movit. Quam observando regulam, Medici de Laudani, aliorumque Pharmacorum usū vel abuso, rariis disceptantes, magis amicè honorifice convenient.

Hoc mihi in memoriam revocat effectum Laudani memorabilem in Foemina quâdam, ad insigne Solis in vico *Chancery-lane* vulgo dicto habitante. Illa, cùm post abortum dolore Colico vehementissimo laboraret, Laudani magnas sumpsit doses, & per se repetitas. Unde Urinæ, sedum, Lochiorumque orta supressio, maximisque tumor ventris brevi expectandam mortem prænuntiarunt. Postquam autem inquisitione facta à morbi usque initio, inspectisque præcedentis Medicis præscriptis, jam memorata Symptomata, à Laudani abuso, ut dictum est, provenire cognoverim; Enema injiciendum imperavi. A cuius operatione peracta, omnia, non sine astantium stupore, disparuere Symptomata; quippe, non à morbo, sed abuso Laudani, oriunda.

Febribus Miliaris composita est, ubi Pustulæ Miliares, Papillis rubris ( à Rash vulgo dictis ) Petechiis, Variolis, aut Morbillis sunt intermixtæ.

Symptomata eadem ferè sunt, ac in Febre Synocho dicta. Spirituum tamen defectu & suspiriis Ægroti magis opprimuntur. In vigiliis etiam proniiores sunt; & eorum Urina sanorum est similior.

In Febre cum Pustulis rubris aliquando Pustulæ Miliares non tantum illis intermixtæ sunt, verum etiam penitus deficatis supersunt. In Variolis & Morbillis Pustulæ Miliares plerumque præcedunt, & in principio eas comitantur.

In Febre Miliari composita Symptomata sanguinis potius quam nervosi generis vitia praefferunt. Ubi nempe Pulsus frequens est & fortis, calor intensus, lingua sicca, litigique haud mediocris. In Febre Miliari simplice, è contra. Verum defectus Spirituum, & oppressione circa Peccus coacta suspiria Symptomata sunt utrique communia.

Quod ad curationem attinet, ubi Pustulæ Miliares Variolas & Morbillos commitantur, Dia phoretica medicamenta paulò calidiora tutiora sunt, quam in Variolis per se existentibus.

Frigus externum, aut regimen quoconque modò frigidum, periculosum est, & moris causa nonnunquam subitanæ: tum etiam, cum pleraque Symptomata optatum Morbi eventum premitunt.

Quamobrem & opiate calida, ut Discordium; & similia, felicius cedunt, quam Diacordium vel Laudanum, quoties Variolis Pustulæ Miliares conjunctæ sunt.

## De Morbis quibusdam Febri Miliari supervenientibus.

Praeter Febri Miliari consequentia, de quibus ante mentionem feci, & in sequentibus Historiis facturus sum, duo sunt, quæ paulò frequentius eidem supervenient; nempe Artuum inferiorum Tumor, & calor Hæticus.

Tumor Pedum & Tibiarum, nec non Femorum Inguinisque fit, aliquando sine, verum saepius cùm dolore haud mediocri, tumor præcunte. Ille autem Tumor, ex materiæ morbificæ congestis reliquis, in his Febris non ritè curatis, contingit. Cujus rei etiam plura exempla proferre possum; Methodum tamen, quæ morbum profligare soleo, hic annectere sufficiat.

Ea autem est: Pilularum Catharticarum, cum Opio vel aliquo Opiato, singulis noctibus sumendarum præscriptio. Opiatum mihi usitatum, est Pilula de Cynoglossa ad 3*fl.* Catharticum verò eligo, secundum Coindicantia. Verbi gratia in Appetitu & Digestione diminutis, Pilulas Stomachicas ad 3*fl.* in Lochiis aut Mensibus suppressis, Pilulam Aloephanginam, aut Foetidam. Aliando eriam Resinæ Jalap. gr. iv. vel v. jubeo addenda. Et nonnunquam decocti amari sine sena haustibis in die propino. Si Cathartica paulò fortiora usurpanda sunt, alternis noctibus adhibeo; & decocatum aliquod Stomachicum diebus interpositis sumendum præscribo. Et post plura alia Medicamenta frustra sumpta, haud tardò feliciter usus sum hâc methodo.

Sin autem adsit Tumor indolens, Catharticis utor sine Opiatis. Et si Febrem Miliarem comittitur tanquam Symptoma, sola continuatâ Dia phoresi dissipatur.

Spiritus etiam Cochleariae, tam Simplicis quam Cathartici, usus, in hoc casu maximè prodest. Simplicis efficaciam expertus sum in Domino Bellasis, circa ætatis annum octogesimum, Febre vehe menti

menti corupto, meaque curae à Regia Majestate committato. In quo jam extinctæ Febris, Tumor ab inguine usque ad Pedem Digitos supervenit, qui post Vesicatoria fruita adhibita, tandem Spiritus Cochleariae simplicis usui celi.

Spiritus autem tam simplicis quam Cathartici, scilicet cum Jalapio preparati, usum conjunctum, expertus sum felicissimum in D. Lane, quæ auquot ante annos puerperio cubabat. Hæc dolore vehementer, cum tumore ab ingume ad Pedem usque Digitos, affecta, duorum Medicorum celebrum curæ submissa fuit; sed id incertum. Eundem itaque Fœminam, spiritu Cochleariae simplice, ad 20. vel 30. guttas, è conveniente vehiculo ter in die sumpto, & spiritu Cochleariae cathartico, teruo quoque die deglutito ad guttas 100, nec non Pilula Matthie die purgationis hora somni, penitus curavi.

Calor Hæticus, Appetitus diminuio, Spiritusque vitalis defectus, locum habent inter ea, quæ Febris Miliaris superveniunt. Præcipue, si Patientes nimis citè de lecto resurgant. Cujus rei vidi quamplurima exemplia.

Methodus, quæ hic bonis avibus utor, est hujusmodi. Sumanus manè dies aliquot, Salis Absinth. gr. 10. aut 15. ex Aq. Spadanæ haustulo; & deinde paulatim ejusdem Aquæ  $\frac{1}{2}$ ij; nempe, si Spiritus maxime defecerint. Alias ex haustu Aq. Barthoniensis, superbibendo ejusdem  $\frac{1}{2}$ ij. similiiter. Ut hoc modo aciditatis, ubique in hæc Febre peccantis, reliquæ, unæ cum prædictis Aquæ & sale, excernantur. Quod si salis Absinthi uso caput doleret, præscribo Medicamentum aliquod lenitum, 3. vel 4. quoque die hora somni sumendum. Salsa & Acida à cibis amovenda, nimisque corporis Animique motus cohibendus. Nam ex alterutro Recidivam sœpi fieri expertus sum. Nec quicquam Febris intermitens, è præ proprio Corticis Peruviani usu, Recidivæ, certius occurrit. Cujus rei instantiam, in Dom. Warrand in Milk-street habitante, & jam ferè moribunda, vidi insignem: postquam duo alii Medici non incertiores, pro eadem, re infecta præscriperant. Et nonnunquam Lac Afidinum, cum Testaceis Pulveribus, & præcipue margaritis, prodeile solet.

#### Historia Febris Miliaris cum Apoplexiâ.

**J**uli 16. 1697. ad Digniss. Virum Dom. Muschamp, Vicecomitis de Lansborough Maritum in Plateâ vulgo dicta Pallmall habitantem, evocatus sum: Cui Dom. Malibas erat Pharmacopeus; idem qui jam Regius. Annum agebat Ægrotus sextum & quinquagesimum. Constituzione erat pituitoso-sanguineus, & obesus: Appetitus gaudebat optimo: deditus negotiis & cogitationibus. Ab aliquo retroacto tempore cum Asthmate ac Nephritico dolore laborasset, Calculos nonnullos, usu Olei Lini ad Cochlearia tria singulis noctibus à me præscripto, cum Urina emisit. Proximè præcedentibus aliquot-hebdomadis, calore interno, deinde & languore, sive spirituum defectu, sine ulla causa evidente, affectus est.

Supra dicto die subito coruptus est Apoplexis. Ut ex Antecedentibus jam memoratis, Respiratio cum stertore somni profundi æmulo, sensibusque laesis externis omnibus, certò comperti. Illumque à sero poësis quam grumoso sanguine stagnante oriti, facies ejus minus rubicunda mon-

trabat: ut clarius patet ex meis observationibus, quæ de Apoplexia altera à stagnante & extravaso sanguine grumoso, altera à sero, si unam DEUS atque oīum dederit, posthac in lucem emisurus sum.

Ad sero sanguinis stagnantis excitandum motum, ac Ventriculi & Intestinorum onus amovendum, a quo sœpe tentatur Caput, sequentem Pulvrem Emeticum præscripsi.

R. Salis Vitriol. 5ij. f. Pulvis in doses sex dividens. Samat singulas ex Aq. Juglandis comp. Cochl. j. superbib. haustum possenti foliis Card. bened. alterati.

Spiritum etiam salis Armoniaci naribus offerendum jussi. Et ut Ægrotum, tam à faburz in Ventriculo, quam Pulveris Emetici reliquæ, nauseam sœpe sequente die creantibus, liberarem, Pilulas sequentes præscripsi.

R. Pil. Tard. Querc. Ðj. Resina Jalapii gr. iv. Syr. & Spin. Cerv. q. s. Ms. f. Pilula, finita Emetici operatione sumenda.

Ad serofum laticem minuendum, sanguinisque adhuc magis accelerandum motum,) Emplastrum præscripsi Vesicatoria, & mixtura spirituosa sequentem.

R. Salis vol. oleof. 3ij. Spir. Lavini. comp. 3ij. Ms. Sumat gust. xx. ex haustu decocti Horæt Syrupo Violaceo edulcorati: Hoc jussit vehiculum, ut & lentè augeam vim Pilularum, & Dyu ia Dolorique Re nun à Vesicatoriis, præveniam. Denum Emplastrum subpedalia, ex Empl. Cephal. cum Euphorbijo & Piciis Burigundice ana a. p. curavi applicanda.

Die prædicti mensis 17mo Ægroti assidentes mihi narrabant, illum statim à peracta vi vomitorii & somnolentia & stertore expurgatum, sensus omnes recuperasse.

Symptomata jam tum apparentia, hujusmodi fuisse, v.z. Tumor faciei, & totius capitis: quod eo Anno in Febre Miliaris commune erat. Calor etiam Febrilis, Pulsus frequens, sed debilis; cum defectu Spirituum, maximaque Pectoris oppresione cum suspiriis scilicet, à malignitate Morbi, non nimis evacuationibus. Quippe Pulsus, post eas finitas, nihil quæ ante, debilior fuit. Neque subiit alterationem, quoties de Spirituum defectu Ægrotus querebatur. Urina tenuitate Aquæ & satis copiosa; Lingua humore albo & viscolo cooperia; Sitis immunis, etiam & insomnis fuit. E quibus omnibus Symptomatis & præcipue ex oppressione Pectoris cum suspiriis, spirituum defectu, (signis mihi Pathognomonicis) Febrem hanc esse Miliarem, Pustulæque suo tempore expectandas præmonui. Nec quidem Apoplexia, si hic non fuisset Symptoma, sed primarius Morbus, tam citè & perfectè eveneret.

Ut itaque secundum meam methodum in hoc Morbo consuetam, lenem & continuam foverem Diaphoresin, irregularibus Caloris Frigorisque paroxysmis occurserem, tandemque lentam Pustularum eruptionem efficerem, sequenti præscripsi.

R. Pulv. è Chel. Cancer. comp. 3b. Sumatur 6ia quaque hora e Julapii sequentis Cochl. i. superbib. Cochl. iv. vel v.

R. Aq. Last. alex. 3vi. f. Tilia 3iv. Peon. comp. 3vi. Margar. pp. 3j. Sacchari albiss. q. s. Ms. f. Julapium.

Jussi etiam persistat in usu Decoc. Hord. cum Syr. violaceo: Ut & djuendo à dolore Nephritico præcaventerem, & satis materiae fovendæ Diaphoresi suppeditarem. Verum ne frigido nimis regimine Spiritus Ægroti deficerent; singulis Decocetis haustibus mixturæ spirituosaæ antea præscriptis

gutt. xx. addendas curavi. Ne omiserim indicationum, etiam contrariarum, alicui satisfecisse. In quâ re Ars Medicinalis præcipua conlîstit.

Ad viscidam materiam linguae obductam præcripsi Mucilaginem ex Sem. Cydon. & Psyllii, syr. è Kubo Idæo edulcoratam; cujus Cochl. j. saepe sumeret sensim deglutiendo.

Die 18mo, Caput vi Vesicatorii detumuit inperitis. Urina colorator aliquanto magis, & paucior. Spiritus, sudoris mediocris & mixtura prædictæ cordialis beneficio, non tam multum defecerunt. Adhuc tamen depresso cogebant suspiria, cum querimonis de pondere Pectori incumbente. Quibus pensitatis, in omnium hactenus sumptorum repetitione persistere decrevi.

Die 19mo, eadem apparuere Symptomata, quæ antea. Si modò id excipias, quod Caput leviter gravari incepit, & Alvus, non obstante Decocti Hordei cum Syrupo Violarum usu, allicta fuit. Quibus ut prospicerem Symptomatis, Remunque dolorem adhuc præcavarem, Clysterem sequentem præscripti:

R. Decoct. commun. pro Clyst. 3vij. Mell. Mercur. 3ij. Sacch. rubr. q. f. Mf. f. Enema.

Die 20mo, ex Enematis usu liber erat à Capitis gravedine. Ulcere autem è Vesicatorio citius quam debuit exsiccatum, prædictus Tumor spirituum defectus, pectoris oppressio, nonnihil renovari videbantur; sed sine quovis alio suboriente Symptomate. Vesicatoria itaque ponè aures applicanda jussi, decocti prædicti duabus Libris Aq. Pæon. comp. 3ij. addendas, & cum singulis illius haustibus Spir. Lavend. comp. gutt. xv. sumendas imperavi. Hisque non satis præalentibus, Aq. Theriacal. Cochl. j. vel ij. adhibenda, & circa quintam vespertinam Enema repetendum.

Diebus 21mo, & 22do, omnia symptomata cum sint mitiora, antea præscripta continuanda, & sollemmodo Emplastra suppedalia addenda curevi.

Die 23mo, Vesicarum ultimò excitatarum Ulceram jam ferè exsiccata sunt. Caput de novo extumuit, spiritusque magis defecerunt. Quamobrem mandavi, Emplastra Vesicatoria Carpis apponenda, pulveris, Julapii, & Decocti usum continuandum, repetendumque Enema præscriptum.

Die 24to, omnia symptomata laudabilia. Excepto Urinæ pallore, Capitisque gravedine cum quâdam somnolentiâ. Quare cùm Metaftasî metuerim, à prædictâ methodo recedens, sequentes Pilulas præscripti:

R. Pil. Tart. Querc. 3j. Resina Julap. gr. iiiij. Syr. & Rhab. q. f. Mf. f. Pilula statim sumende. Et cum continuo usu decocti Hordei, ut ultimò parati, Vesicatoria ampla Femoribus internis applicanda jussi.

Die 25to, Urina tingitur aliquanto magis; Caput sanatum optimè; Spiritus redivivi, Pustulæque Miliares super pectori emicuerunt.

Si quis hic Catharsî supra memoratam, quasi Pustularum eruptioni contrariam, reprehenderet; effectus ipse objicienti responderet. Verum etiam reminisci debet, hujus Ægroti habitum suis ad possum: Neque ex Vomitio & Catharsi primo præscriptis, elevatio Tumoris in Capite impedita fuit, sed materiae morbificæ copiam minuendo potius accelerabatur.

Cum jam Pustulas Miliares pullulare viderim, Pulverem è Chel. Cancer. comp. 4ta quaque hora è Cochleari Julap. sequentis sumendum jussi:

R. Aq. Card. bened. Melisse, Cinamom. Hord. an. 3ij. Epidem. 3ib. Margar. pp. 3j. Sacch. albif. q. f. Mf. f. Julap.

Præscripti etiam, ut cum Decocto Hordei Apozematus sequentis haustulum sumat,

R. Rad. Scorzon. 3j. Cort. Aurant. cond. 3vj. sot. Melisse, Galega, an. Mj. flor. Cord. an. p. iib. Sem. Card. bened. 3b. coq. in Aq. font. q. j. ad 1b. Colatura adde Aq. Epid. 3j. Mf. f. Apozema.

Et ut per vices sumat Aq. Theriacal. Cochl. ij. Ideò nempe, quod in hac Febre, præcipue declinante, dum calent Volæ manuum superiora frigescunt.

Die 26to, cùm omnia viderim Symptomata adhuc leviora, ultimò præscriptorum usum sensi continandum.

Die 27mo, Pustulæ Miliares numero & magnitudine austæ sunt. Ideòque Julapio ultimo præscripto hoc substitui.

R. Aq. Melisse, Cinamom. Hord. an 3v. Scord. Comp. 3ib. Epidem. 3j. Syr. è Cort. Cistr. q. f. Mf. f. Julap. de quo sumat haustulum in languoribus.

Die 28vo, Pustulæ visæ sunt adhuc magis elevari, spiritusque nullum modo defecere. Cum ramen dorsa manuum frigescerent, ideò novissimè præscripta continuari velim.

Die 29no, Febris declinare cœpit. Quare Julapio continuandum, & Enema, injiciendum jussi.

Die 30mo, Symptomata omnia evanuere. Quoniam tamen de aciditate quâdam in Ventriculo quesitus est; præscripti Margarit. pp. 3j. è Julap. seq. Cochl. j. sumendum aliquoties in die.

R. Aq. Laet. alex. Meliss. Cinamom. Hord. an. 3ij. Epid. 3j. Sacch. perlat. q. f. Mf. f. Julap.

Deinde ut per biduum triduumve Decocto Hordei, cum spiritus Lavend. comp. guttis aliquot, & Julapio, uti persisteret. Demumque aquas Strethamenses à 11iv. ad 11v. coctas sumeret, ter iterando. Quibus r̄-mediis ab Apoplexia, Febre, Remunque affectu perfectè liberabatur.

#### Historia Febris Miliaris cum Artuum inferiorum Paralyssi.

**C**irca Decemb. finem, 1705. Vir Humanissimus D. D. Garth atque Ego vocati fuimus ad D. Throgmorton Viduam, Ducissæ Norumbriae Filiam, dies aliquot antequam parturiret; cuique D. Birch ut Pharmacopola ministravit. Fatigant illam Vomitio ferè perpetua & ægritudo. His etiam astrictio Alvi, & inappetentia, Tussis, & Dyspnœa, spirituumque defectus accessere. Quæ omnia ex micerore ob nuperam mariti mortem contigisse æstimabantur.

Primo loco Emplastrum stomacho applicandum, & aquam Strethamensem cum sale Absinthii sumendum præscriptimus: nempe ut Ventriculi & Intestinorum motum rectificemus. Hinc equidem rarer Vomitio; at nonnihil nutabant Spiritus. Qui tamen, cùm ægra postea puerperio cubaret, continuâ Diaphoresi quodammodo restituti sunt.

Verdm circa tertium puerperii diem Artus inferni, Paralyssi correpti, suam movendi vim amiserunt. Et nocte proximè sequente adeò defecere Spiritus, ut penè in Syncopen incideret. Quare & prædictus Collega meus nocte vocatus, Emplast. Vesicat. Femoribus quâdprimâ applicanda, Bolumque sequentem sumendum præscriptis.

R. Salis Volat. Sustini gr. viij. Croci gr. iv. Fulv. è Chel. Cancer. comp. 3j. Cdnf. Alchem. sine odorat. q. f. ut f. Bolus cum Julapio appropriato deglutie-

bus. Die proximo manè Ægrotæ Spiritus haud parum elevati sunt. Verum Paralysin nullâ ex parte recessisse vidimus. Sed & mediocrem Tumorem, & dolorificum eidem accessisse. Dixi, non infrequenter

quenter in Febre Miliari, Paralyticos affectus, ex materiā morbificā in Artus descendente, suborit. Deindeque statim ad Ægrotam accedentes, in denudato Pectorale Pustulas consperimus Miliares, Fembremque Miliarem, Morbum originalem agnoscimus. Unde concordi animo Medicamenta Diaphoretica aliorum omnium maximē necessaria decrevimus; & Januarii die 5to à nobis sequentia præscripta sunt.

R. Pulveris è Chel. Cancr. comp. 3j. Croci 3b. Conf. sine odorat. q. s. Ms. f. Bolus sextā quāque horā sumendus è Cochl. i. Julep. sequent. superbib. Cochl. iv. vel. v.

R. Aq. Ceras. nigr. 3x. Bryon. comp. 3ij. Sacc. al- biss. q. s. Ms. f. Jalapum.

Januar. die 6to; Ægrotā paulò erat vivacior, Pectusque illi minus oppressum: Dyspnœam autem ex Tussi adhuc passa est, cum vigiliis. Quare & Bolo, die, præcedente præscripto, addidimus Haustum sequentem:

R. Aq. Puleg. Ruta an. 3i. Theriacal. Syr. de Mecon. an. Tinct. Castor. gutt. X. Ms. f. Haustum.

Die 7mo, Spiritus mediocriter refecti, expectoratio facilior, Pustularumque Miliarum eruptio magis conspicua. Bolum itaque jussimus cum Jalapio repetendum, & Haustum vesperi.

Die 8vo, omnia Symptoma facta sunt mitiora. Excepta Paralyti, & Musculorum Laryngis Hystericā quādam Convulsione leviori. Ideòque præter antea præscripta, Pilulas è Castor. gr. vi. & Asæ frætidæ gr. xii, sex parandas singulisque noctibus duas sumendas imperavimus.

Die 9no, Respiratio longè magis quam antea difficilis, & dolori Lateris Pleuritico ac vehementiori conjuncta. Metuimus à Venæ sectione malum eventum: nempe, ne exinde Pustulæ Miliares retrocessissent. Urgentia autem Symptomata prævalebant; & emissi Sanguinis sperato fructu, tum Ægrotā, tum nosmet freti sumus. Hoc tamen non sine Decocto Pectorali, Boloque antea in usu, & Spermatis Ceti 3b. sumptis: Quibus & addimus Emplastrum laterale è Pice Burgundicā, Haustumque vesperi Paregoricum, & Oleum Lini in promptu habendum, sumendumque urgente Dyspnœa.

Die 10mo, respirabat paulò liberius, mitiusque Latus doluit. Spiritus tamen defecere maximē. Interim Miliarum Pustularum moles conspicua & multitudo præbebant salutis spem haud medicorem. Quas Diaphoreticis adhuc fovendas propenso habuimus imprimis accurando. Et ad Dyspnœam, etiamnum prævalentem, jussimus Olei Lini Cochl. ij. secundā quāque horā sumenda. Et si Alvus indē laxa fuerit, mixturæ sequentis Cochl. aliquot bibenda.

R. Diacordii 3ij. Aq. Pulegii 3vi. Epidem 3j. Ms.

Die 11mo, Pustulæ Miliares erant laudabiles, spiritus quodammodo refecti, Dolorque aliquanto minor. Respiratio tamen adhuc difficilis, sedesque paulò moliores. Bolo itaque & Apozemati Pectorali jam in usu adjecimus Decoctum album alternis vicibus sumendum, Emplastrum Vesicatoria, Brachiis applicanda, & horā somni haustum sequentem:

R. Aq. Puleg. 3ij. Tinct. Martis gutt. xx. Ol. Amygd. dulc. 3j. Syr. de Mecon. 3vi. Ms.

Die 12mo, Pustulæ Miliares satis conspicue; at difficilior Respiratio, & Diarrhoea, adhuc perfittore. Bolum etiam cum Jalapio, Oleum Lini, mixturam cum Diacordio, & Haustum pacificum iterari voluimus,

Die 13to, substitere sedes, Pustulaeque Miliares adhuc optimæ. Dyspnœa tamen, Laterisque dolor, paulò pertinaciores. Bolum itaque præcipsum continuandum. Et quod ab Oleo Lini

maximē abhoruerit Ægrotā Ol. Amygdal. dulc. Cochl. j. tertia quaque hora bibendum. Nec non Hyssopfolia cum Radicibus Helenii Decocto Pectorali addenda:

Die 14to, cum intermittente Diaphoresi f. bri- lem calorem accendi, continuari Dyspnœam, & Vesicularum Ulcera penè exsiccate vidimus. Quare præter antea præscripta repetenda, Vesicatorium inter scapulas applicari volumus.

Die 15to, Spiritus ei longè magis, quam ab aliquot diebus retro actis, fuere depresso. Loco itaque Boli haec tenus in usu, sequent, substituimus.

R. Confert. Rauleens 3b. Croci, salis Vol. salis Ar- mon. an. gr. vi. Syr. Caryophil. q. s. f. Bolus. Reliquaque ut antea sumenda.

Die 16to, Spiritus aliquantò vivaciores, levi- orque Dyspnœa; Dolor tamen lateral is paulò af- ferior. Ideòque Bolum præscriptissimum priorem, Haustumque pacificum cum Decocto pectorali re- petendum.

Die 17mo, Eadem quæ die præcedente jussi- mus sumenda. Jam enim, & hinc indies omnia me- liora videbantur. Tandemque membra, haec tenus Paralytica, vim suam motivam aliquatenus recu- peraveré. Postquam itaque Manna 3j. in Decoct. Pectorali dissolutas sumpserit, fotum præscriptissimum Tibiis applicandum, Vini Chalybeati usum, & ut Barthoniā adiret.

#### Historia Febris Miliaris cum Delirio, Motiōnisque Convulsivis.

**A**UGUSTI 8vo, 1700. vocatus sum, ad D. Bullock apud Insigne calcei Equini, in Vico Cheapside vulgo vocato. Cui Pharmacopœus erat D. Wyer in Vico vocato Woodstreet. Vicesimum quartum annum agebat, constitutione pituitoso- melancholicus, & adhuc Cælebs.

Post itinera quædam rure peracta sensit ægritudinem, cum diminuto appetitu, depressisque Spiritus, atque oppressionem Pectoris cum suspiriis, per intervalla. Pro remedio Vinum nonnunquam, & Aquæ cujusdam cordialis aliquantulum bibe- re solebat. Appetitus tandem omnino abolitur. Et pridie quam illum visitavi, Vomiu, Diarrœa & Hæmorrhagiæ Narium correptus est. Sumpto autem Medicamento quodam interno, & Nuchiæ apposito Vesicatorio ex Pharmacopœi præscripto, ista disparuere Symptomata.

Cum ergo primū Ægrotum adiverim, horrore quodam laborabat, cum frigore & calore, se mutuò insequentibus, sed intertemporibus incertis. Maximam etiam pectoris oppressionem cum suspiriis & languorem spirituum pas- sus est: Nec non Animi perturbationem, per in- tervalla ad Delirium usque recurrentem. Item Mantum & Linguae Tremorem, cum Motibus Convulsivis & Vigiliis. Pulsus etiam frequens & debilis; lingua viscositate alba obducta, sed sine siti; & urina sanorum similis.

Ex oppressione pectoris & languore, hanc Fe- brem in Miliarem, eamque ex inæquali calore ac leni simplicem, terminaturam prænovit. Ideòque Carpis Emp. Vesicatoria, & Plantis pedum alia ex Cephal. cum Euphorbio & Pice Burgundica applicanda jussi, & sequentia sumenda ad lenem Diaphoresin excitandam.

R. Pulv. è Chel. Cancr. comp. Lapid. Gensis an. 3f. Ms. f. Pulvis sextā quaque horā è Cochl. j. Jalap. seq. sumendus, superbib. Cochlaria vi.

R. Aq. Ceras. nigr. 3viii. Cinam. bord. 3iv. Epidem. 3j. Saccar. perlatis q. s. Ms. f. Jalap.

Et ut Sudor lenis continuo & facilis emanaret, seq. Apozema addendum curavi.

R. Rad. Fragar. Chelidonia major. an 3j. Fol. Fragar. Mj. flor. Paralyeos p. ij. sem. Cardui benedict. 3j. Bulliant in Aq. fons. q. s. ad 16j. Collatura add. Syr. Croci, 3j. Mj. f. Apozema, ac quo sumat Cochli. x. sepe in die.

Die 9no, Calor, sine subsecente Frigore, regularis fuit & Cutis humida, tantaque non multum defecere. Aeger tamen de quadam oppressione pectoris cum suspensio valde querebatur, & Deliria, Tremores, Motusque Convulsivi adhuc perstiterent. Ideo que Pulveris, Julapii, & Apozematis usum suasi continuandum. Et ad viscidae materiam linguae & palato obductam, mucilagine, ex Sem. Cydoniorum & Psylli cum Hordeo coctis, osculum præscripti.

Die 10mo, Calor similiter ac die precedente regularis sine renovato Frigore, Cutis humida. Sed Motus Tenditum Convulsivi adhuc maiores. Quapropter Vesicatoria Tibis internis applicanda jussi: Lapid. Goen. 3j. cum Pulo. de gutt. 3b. ex Aq. Lact. alex. Cochli. i. sexta quaque hora lumenandum superbib. Cochli. X. Et quoniam erat Aeger naufragiatus, regioni ventriculi apponendum Emplastrum sequens.

R. Empl. Stomach. Magistr. part. ij. Cinnam. Taccamab. an p. vi. Ol. Cinam. gutt. vi. Mj. f. Empl. Et ut vicibus interpositis bibat haustum Julapii cum gut. XV. mixturæ ex Sp. C. C. 3b. Tint. Castor. 3j. Et in quantum præscripta Mucilago vix quicquam in viscidae materiam linguae adhaerentem prævalebit, Gargarismatis sequentis usum imperavi.

R. Aq. Meliss. 3vi. Epidem. 3j. Syr. de Althaea, Jujubin. & Mellis Mercur. an 3j. Mj. f. Gargarium. Aquam addidi Epidem. ne quid mili, etiam si parum deglutiret, acciderit.

Vesperi pleraque conspexi ut antea. Motus quidem Convulsivi rarius iterabantur; verum spiritus validè defecerunt, mannumque superiora frigebant, volis interim calore affectis. Idecirco, omisso Pulvere de gutteta, Bolum sequentem præscripti.

R. Cons. Lujula 3j. Bezoar Orient. 3b. Croci gr. vi. Castor. gr. iv. Syr. Paralyf. q. s. Mj. f. Bolum sexta quaque hora sumendum cum Julapio antea præscripto.

Die 11mo mala Symptomata ferè disparuerunt. Ideoque ultima præscripta jussi continuanda. Sed quia Apozematis patientem rædebat, in ejus locum substitui Aq. Lactis & Decoct. Pectoral, an. 16j. pro potu ordinario, ut eò melius gustui gratificarem. Nec quicquam jam de Diarrhoea, quasi ex Decocto accidere posuit, metum offerebarat.

Vesperi omnia ut antea. Proindeque in usu omnium ultimò præscriptorum persistendum decrevi.

Die 12mo similiter: excepta quadam corporis inquietudine. Ad quam Vesicatoria pone Aures applicanda jussi, & sequentem Haustum statim sumendum.

R. Aq. Paralyf. 3ij. Croci 3b. Syr. Paral. 3b. Mj. f. Haustus.

Die 13io Inquietudini prædictæ jam abolita supervenit Hæmorrhagia narum. Quare suasi Aegro, ut affatim bibendo potum ultimò præscriptum, sanguinem dilueret; Sed & persistet in usu Boli, Julapii, & Mucilaginis. Et si de novo accideret Hæmorrhagia, sequens sumeretur Haustus.

R. Aq. Spermat. Ranar. 3ij. Syr. Plantag. 3b. M. f. Haustus.

Sub vesperam Hæmorrhagia substitut. Reliqua Symptomata, viz. Delirium, Tremores, Motus

Convulsivi, Languores, Pectorisque oppressio, in statu eodem ferè ac ante fuere. Ideoque & ultimò præscripta continuavi. Hoc solùm addendo, ut Apozematis, ex Decocti Hordei 16j. Syr. Viol. 3j. sumeret Cochli. X. ter in die, tepide.

Die 14o, Aegroti conditio penè eadem: nisi quid aliquanto magis delirabat. Immiscui itaque linguis Bolis Camponoræ grana aliquot, & cætera continuaudi jussi.

Die 15o Pustulæ Miliates tandem emissæ Spiritus Animales elevarunt. Attamen Tremores, Motusque Convulsivi iidem manebant, & Delirium ponens videbatur exacerbari. Cum autem id fieri ex eruptione Pustularum nimis tarda ac rara existimarem; Antimonium Diaphoreticum (cujus efficaciam, tum ad Pustulas expellendas, tum ad secundaria Deliria, expertus sum) sequenti modo præscripti.

R. Antimonii Diaphoret. 3j. Conserva Lujule 3b. Syr. Paralyf. q. s. Mj. f. Bolus sumendum è Cochleari Potus pectoralis, superbibendo Haustum ejusdem. Post horas quinque Bolum cum Castoreo & Croco sumendum jussi, atque ut alternis vicibus repetantur. Et ut iniciatur Gargarismus ope Syringæ sepe in die: quia lingua, Antimonii Diaphoretici usu, frequenter viscido humor inficitur.

Vesperi uberiori altiusque exflabant Pustulæ; aliaque Symptoma mitiora sunt, Delirio solo excepto. Quare & prohibui Volatilia, Anumonium autem Diaphoreticum quinta quaque hora, cum Decocto pectorali, repetendum mandavi; & Gargarismatis Julapiique usum continuandum.

Die 16o Pustulæ erant adhuc crebriores, eaque majores quam quæ primò pululabant. Longè evanlevius Delirium per intervalla. Ideoque censui optimum fore, ut Aegrotus persistat in ultimò præscriptorum usu. Quoniam tamen Tremores, Motusque Convulsivi, non obstante Pustularum eruptione, ex aliquâ parte manebant; Vesicatoria Brachiis internis applicanda jussi.

Vesperi omnia penè ut tempore matutino. Excepto Delirio, quod fit adhuc mitius. Ex causæ nempe metaftasi, à Cerebro in Brachia. Nam Motus Convulsivi intensiores fuere. Quare & ultimò præscripta judicavi continuanda.

Die 17o Pustulæ numerosiores auctioresque erant. Motus tamen Convulsivi reliquaque Symptoma prope eadē. Tussis autem ac languor aliquantum graviores. Quare & antea præscriptis addidi Aq. Theriacal. Cochli. i. in Spirituum deliciis; & usum fœ. Apozematis.

R. Decoct. Pectoral. 16j. Syr. Croci 3j. Mj. sumat Haustum frequenter.

Vesperi Tussis Spirituumque defecitus fuere leviiores: Ideoque ultimò præscripta continuanda imperavi.

Die 18o omnia ut die precedente vidi, eademque remedia curavi repetenda.

Post horas autem aliquot elapsas à meo discessu iterum accersor. Motus enim Convulsivi aucti fuerunt ex improviso, Spiritusque magis defecerunt. Exinde vero nil metuebam; Pustulæ enim copiosissimæ enatae, Motusque aucti Convulsivi, Delirium mitigarunt. Præscripti tamen Pulo. de gutt. cum Sem. Peonia, & haustum ex Aq. Card. bened. 3ij. Croci 3b. Syr. Caryoph. 3j.

Eodem die, paucas post horas, nuntius ad me occurrit, qui ajebat, Aegrotum brevi moriturum. Quem cum revisi, laborantem inspexi Motibus Convulsivis, iisque gravioribus. Sed exinde Delirium fuit mitius. Et prædicti illius matri similes Motus repetitos iri donec à Delirio perfec-

tè liberaretur. Et ut prædicti, à proximè sequente Paroxysmo omnino evanuit; & tam Animi quām membrorum quies restituta fuit. Cavendo tamen ne prædicta Symptomata novarentur, sequens Apozema (sæpiissimè in Adultis, præcipue autem infantibus expertum) præscripti.

R. Ungula Alcis rasa 3j. Sem. Pæon. Visc. Querc. an. 3iij. Ras. Cran. Human. 3b. Coqu. leniter in Aq. font. q. s. ad tibi. Colatura adde Syr. Pæon. comp. 3iij. Mf. f. Apozema. Sumat Coch. x. frequenter. Jussi etiam manuum volas pedumque plantas Oleo succini illinendas; succum Rad. Paralyf. tempore Paroxysmi Naribus attrahendum; sumendumque Bolum sequentem.

R. Conf. Anthos. Pulv. è Chel. Cancer. comp. an. 3j. Castorei gr. vi. Syr. Pæon. comp. q. s. Mf. f. Bolus sumendus è Julapio antea præscriptio. Et ne prædicta, si forsitan repeterentur, symptomata, tandem in Apoplexiā vel Convulsionem generalem terminarent, addidi Antimonium Diaphoreticum, ad Pustulas Miliares adhuc numerosius aliusque expellendas. Et ad serī sanguinis morbifici extrahendas reliquias Vesicatoria Femoribus applicanda jussi.

Die 19to Pustulae copiosissimæ ad tantam crevere molem, ut latæ unguis medietatem æquarent, ut Ægroti verbis utar. Delirio deinde Motibusque Convulsivis profligatis, manuum duntaxat Tremor, corporis debilitas, spirituumque aliqualis languor superstites fuere. Boli itaque & Antimonii Diaphoretici loco jussi Pulv. è Chel. Cancer. comp. 3j. cum Julapio antea præscriptio sexta quaque hora sumendum, ad leniter continuandam Diaphoresin. Ut languoribus Aqui Theriacalis usurpetur: in potum ordinarium Apozema Antepilepticum: Et ad linguam, adhuc quodammodo affectam, Gargarisma.

Die 20mo omnia in eodem loco ac in die præcedente stabant. Excipe id tantum, quod Pustulae videbantur paulò minus turgescere. Mandavi itaque ut Antimonium Diaphoreticum Pulvisque è Chel. Cancer. compositus alternis vicibus sumerentur. Et Gargarismatis, Julapii, & Apozematis ultimò præscripti in usu perfisteret.

Die 21mo Pustulae versus siccitatem declinabant. Apozema tamen, cum Pulv. de Lap. Goenf. & Pulv. de gnt. censui continuandum. Nec non Gargarisma cum Mucilagine, ad linguam nondum ab immundicie omnino liberam.

Vespere calorem linguae sensit, & internum, sine sudore. Præscripti itaque Margaritarum pp. 3j. singulis dosibus Pulveris jam in usu addendum. Et ex haustu potū ordinarii Spir. C. C. gutt. xx. secundā vel tertiā quaque horā fumerentur, donec lenem Diaphoresin excitaverint.

Diebus 22do & 23o, cùm omnia optata videbam, novissimè præscripta decrevi repetenda.

Die 24to, cùm internus calor usque perfisterit, Pulverem jam in usu suasi continuandum. Et in languoribus Sal. Vol. Oleof. cum Spir. C. C. ex haustu potū ordinarii sumendum.

Diebus 25to & 26to, reliquā omittendo, solummodo Sal. Vol. Oleof. ex potu ordinario sumend. jussi. Et Julapium sequens ad languores, si forte acciderint, in promptu habendum.

R. Ag. Ceras. nigr. 3vij. Scordii compos. Saxon. frigid. an. 3j. Pæon. comp. & Syr. Pæon. comp. an. 3j. Mf. E. hic tandem Æger perfectè convaluit.

*Historia Febris Miliaris ex Opii usu desinentis in Apoplexiā.*

Augusti 4to, 1697. evocatus sum ad D. Thom. Wistern, in Vico Thames street dicto, cui D.

Lancashire, erat Pharmacopœus;

Vir ille habitu obeso gravabatur; & Plethora & Magno Capite, buccinata facie, brevique Collo præditus. Unde & quocunque morbo antea laboraverat, Caput ei semper doluit, & delirabat. Ante dies aliquot lavavit Pedes, & cum amicis liberè comedit. Postea verò de Naus. à & Ægritudine, cum Calore & Frigore irregulariter recurrentibus, Spirituumque languore & oppressione pectoris cum suspiriis querebatur. Nec Aqua quædam Cordialis, quam sponte sumpsit, Ægritudinem levavit.

Cum prædicto die illum visitaverim, Pulsus erat frequens & debilis; Nausea & Ægritudo, nihil minoriores. Cum Calore & Frigore, vicibus alternis, sed duratione incertis, Spirituum defectus, Pectorisque maxima oppressio cum suspiriis. Nec sine quādam perturbatione, quoties somnus irrepere incepit. Quibus omnibus rite perpenitus, imprimis Haustulum sequentem præscripsi.

R. Salis Vitriol. Vomit. 3i. Ex Aq. Jugland. comp. sumatur. Et in languoribus bibat Julapii sequentis haustum. R. Aq. Menth. 3x. Epid. 3i. Sir. de Menth. 3j. Mf. f. Julapium.

Die 5to Nausea & Ægritudo minores sunt. Idem verò languor, eadem Pectoris oppressio, & Ægroti dormituri perturbatio. Pulsus adhuc frequens & debilis. Manuum caliere volæ, minimè superiora. Urina sanorum similis; Calorque internus sentitur absque siti. Ex quibus Symptomatis novi Febrem adesse Miliarem. Ut itaque lenem excitarem Diaphoresin, proprioque potu illam fovendo, Symptomatis prædictis obſifterem, sequentia præscripsi.

R. Pulv. è Chel. Cancer. comp. gr. xxv. Syr. Caryoph. q. s. Mf. f. Bolus è Julapio antea præscriptio, sumendus sexta quaque hora.

R. Decoll. Hora. 16j. addendo inter coquendum Cochinella 3j. Colatura adde Syr. Caryoph. & Viol. an. 3j. Mf. f. Apozema. Sumat haustum per intervalla. Vespere omnia vidi emendatoria. Ideoque Bolum ad 3i, augendum & continuandum præscripsi. Ut perfiseret in usu Apozematis: & in languoribus, cum Salis Volat. Oleosi gutt. xx. vel Aq. Theriacal. Coch. ij. At si remissior fuerit Diaphoresis, loco Salis Vol. Oleof. Spir. C. C. gutt. xx. sumeretur. Et quoniam Patientis amici eundem narrabant in nullo Morbo tamdiu à Delirio fuisse liberum, hoc itaque præcavendo, Vesicatorium Nuchæ, & Emplastrum suppedalia applicanda præscripsi.

Die 6to, manè, cùm omnia eadem ac die præcedente viderim, jussi antea præscripta continuanda.

Vespere quædam in pejorem partem inclinabant; Paucula enim verba locutus est ineptè; & cum Nausea singultiebat. Præscripti itaque Empl. Stomachic. Magistral. cum Caranna, Taccamahacca, & Ol. Cinnamomi, regioni ventriculi applicandum; & Possetum Salviæ & semine Anethi alteratum: utpote in singultu à me probatum & expertū, pro potu ordinario.

Die 7mo, minus singultiebat; post duas trefve sedes, à Delirio omnino liberabatur; Pustulaeque Miliaries super Pectorē emicuere.

Hodie Ægroti Amici alium Medicum mihi addiderunt Collegam. Is sedes, ne Pustularum eruptioni obſtarent, cohiberi voluit; Ideoque Aſfringentia ex Diſcordio & ſimilibus quamprimum adhiberi. Ego verò, fumendo argumentum à materiæ morbificæ Colluvie, nempe tum ad pustulas replendas, tum ad fedes ſufficiente, ſuasi contrarium. Allegavi etiam exempli loco, foemina quædam generofam, quæ à Diarrhæa, errore quodam ſuppreſſa, indeque morboſi materiæ ex partibus inferioribus in Cerebrum irruente, paucas poſt horas obiit. Et in noſtro Patiente, ſcilicet obeso habitu, brevique cervice, & eā ratione ad Apoplexiā proclivi, multò magis humorū Metas-

Metastasian nos cavere instabam debuisse. Attamen, ut in hac re medium ineamus viam, assensum haud difficultem praebui. Praescriptimus itaque Bolum ex Margaritar. & Corallior. pp. an. gr. xv. Salis Absinth. gr. ivij. Syr. Caryoph. q. f. Et ut bibat Decoctum album, Cochinellà concocta, & Aq. Cinamom. Hord. alteratum, instar potius ordinarii. Ut Emplastrum ex Galbano Umbilico applicetur; ut & mucilagine, Aq. Rosarum extracta, os madesiar.

Vespere Diarrhaea multò mitior fuit. Sed aliquanto plus delirabat Æger; fortè à sedibus rarioribus. Neque à singultu omnino abslinuit. His animadversis, addidimus antea praescriptis Emplastrum Vesicatoria Brachiis internis applicanda. Emplastrum etiam subpedalia, & Possetum alteratum, ut à me antea praescriptum.

Die 8vo, tertius Medicus ad consultandum vocatus suam opinionem, de sedibus necessariò supprimendis, statim proposuit. Dixitque alias impossibile fore (ut ipsius verbis utar) Pustulas emitte. E contra Medicorum prior, atque egomet objectimus materiae morbificæ abundantiam, & Delirium aliaque periculosa Symptomata, ex illius Metastasi metuenda: Sed frustra. Ille itaque sequentia praescripsit.

R. Theriac. Androm. 3β. Pulv. è Chel. Cancr. comp. Spec. Confec. de Hyacinth. an. gr. xij. Syr. Cydon. q. f. Mf. f. Bolus sumendum è Julapii seq. Coch. j. superbibendo Julapii dimidium quamprimum, reliquum post horam vel primam sedem.

R. Aq. Cinam. Hord. Menth. an. 3ij. Epidem. 3j. Syr. è Mecon. 3β. Discordiū 3j. Mf. Et Emplastrum Vesicatoria tibis applicanda.

Collega primò vocatus illi assensit de Bolo sumendo; sed Julapium constanter reprobavit. Nihilominus ambo Medicamenta (circa nonam matutinam praescripta) sumpta sunt.

Circa tertiam vel quartam pomeridianam iterum convenimus, intelleximusque patientem flatim à suppressis sedibus in Apoplexiam incidisse. Quem etiam, Pustulis Miliaribus in universum deletis, sensibus orbum vidimus. Quare & Vesicatoria Capiti & Carpis quamprimum applicanda iussimus, Sternutatorium è Flor. Lili. conv. insufflandum, & sequentia sumenda.

R. Salis Vol. Oleof. Tinct. Castorei sp. Lavend. comp. an. 3ij. Mf. Sumat frequenter gutt. xxx. citer. ex haustulo Julapii seq.

R. Aq. Meliss. Rut. an. 3ij. Peon. comp. 3β. Spir. Lavend. comp. 3ij. Tinct. Castor. 3j. Syr. Peon. comp. 3j. Mf. f. Julapium ut supra sumendum. Sed incasum omnia: Nam paucas post horas mortuus est.

*Historia Febris Miliaris ex Aere frigido admiso Lethalis.*  
Sept. 25. 1700. Evocatus sum ad D. Arnold. Cestivisiarii Westmonasteriensis uxorem. Qui obstetricis officium præstabilit D. Watson: & Pharmacopœi, D. Broughton, in Vico vocato Tuttlesstreet.

Illa, antequam parturiret, dolore Colico, ventriculo, ut siebat, quasi onusto, & spirituum defectu ingemuit.

Cum die supra dicto primùm adiverim, A quæ febræ, ex membranis Fœtum in Utero includentibus sed jam disruptis, effluxerunt; & Infantis caput extra orificium Uteri internum hærebat. Nempe ex viæ angustiâ, capitis mole majori, spirituum defectu, dolore mitiori, quam qui ad partum sufficeret.

De eodem spirituum defectu, etiam post partum exemptum, adeo querebatur, ut astantes omnes illum putarent brevi morituram. Cum autem hoc Symptoma jam idem videretur ac ante partum, idemque Pulsus; imminentis periculi nil metuens, Febrēm adeste Miliarē palam indicavi, Pustulasque prædicti

Miliares, tandem aliquando exituras. Ut itaque lenem Diaphoresin consuetā mēthodo excitarem, seq. praescripti.

R. Pulv. è Chel. Cancr. comp. 3j. Castorei gr. iv. Syr. Paraly. q. f. Mf. f. Bolus quam primū sumendum è Coch. j. Julapii communis.

Die 26to Medicus alter magni nominis de Patiens salute consulit: Quam adhuc de Spirituum defectu & oppresso Pectori querentem audivimus. Ex quo præcipue Symptome prædicti etiam alteri Medico, Pustulas Miliares suo tempore erupturas.

Ægrotæ Pulsus frequens adhuc & debilis; Calor universus, & fine alterno Frigore; Urina sano; um similis; verum à Colico dolore (forsitan Alvi bis soluta beneficio) libera evasit. Ne tamen Lochia minuerentur ex Diarrhoea, Pilulas imperavimus sequentes sumendas.

R. Castorei gr. vi. Aq. Fatid. gr. xij. Laud. Lond. gr. j. Syr. Atrip. q. f. Mf. f. Pilul. n°. vj. Sumat ij. urgente Alvo, & deinceps quartâ quaque hora. Sumantur autem è Coch. j. sequentis Julapii superbib. haustulum ejusdem.

R. Aq. Cerat. nigr. 3vij. Cinā. Hord. 3iv. Epidem. 3x. Margar. pp. 3j. Sacchar. albif. q. f. Mf. f. Julap. sumendum ut supra praescriptum est, & in languoribus.

Die 27mo Ægrotam in eodem statu, quo die præcedente, vidimus: Excepta leviori quadam cordis palpitatione. Jussimus itaque ut persistat in usu Pilularum cum Julapio, sumante gutt. xx. Salis Volat. Oleof. in haustu potius ordinarii, & in languoribus prædictum Julapium.

Die 28. Pustulis Miliaribus jam in conspectum eminentibus, Spiritus minus defecerunt, mitiora suspitia, minor oppressio. Rectè etiam effuebant Lochia & Alitus mediocriter soluta fuit. Consulinus itaque Pilulas sine Laudano sextâ quaque hora sumendas. Mater verò puerpera, mortem ex Diarrhoea perimescens, obnixe rogabat fissuræ. Ea, ut videamus ex aliquâ parte ad ejus mentem accedere, mandavimus sequentis Julapii usum.

R. Aq. Menth. 3j. Epid. 3β. Confession. Fracast. 3j. Syr. de Mecon. & de Menth. an. 3β. Mf. f. Julap. de quo sumat Coch. iv. urgente Diarrhoea. Et ut persistat in usu salis Vol. Oleof. & Julapii perlati.

Die 29no. Ægrotam visitantes, intelleximus admodum timuisse matrem ob Diarrhaciam & illi multò largius, quam à nobis concessum est, de Julapio præbuisse: Sed esque exinde primò insipillatas fuisse, postea omnino suppressas. Unde & palpitatione, pectorisque oppressio, majores subsecutæ sunt. Quapropter sequentia censuimus sumenda.

R. Croci 3β. Sumatur è Coch. j. ad Lattis superbib. Coch. V. Sumat etiam Tinct. Croci gut. xx. ex haustulo Aq. Lattis sape. Usu etiam Croci, ad cordis palpitationem, fluxum Lochiorum, Spirituum defectum, Pustulasque Miliares altius emittendas, respectum habuimus: Demumque persistat in usu Pilularum sive Laudano, & Julapii in languoribus. Et matris importunitati cedentes, praescriptimus etiam Julap. cum Discordio in promptu habendū: dicebat enim mater, se id velle. Ægrotæ etiam percontanti, an semet in lecto erigere, & ventilabro uti licet, necne assensus est alter Medicus. Atque etiam, ut in se collectis cortinis pateat lectus; ignisque extuderetur vel nullus, vel duntaxat parvulus. Interim mihi ab illa quærenti, an ex Aere frigido, Collo vel Pectori admisso, quicquam mali sentiret; respondet, semet exinde Spirituum defectum Pectorisque oppressionem sensisse. Quamobrem illam obnixe rogaui, ut toto illo die calido utatur regime; eoque potius, quod ille esset dies Febris Lactear. Ne cesante Diaphoresi Pustulae Miliares retrocederent. Sed à nostro discessu sibi Aerem admisit, Pustulasque

que Miliares subito occultabantur. Unde materiae mortificæ in cerebrum facta est Metastasis, statimque ægra sensibus orbata est.

Cum eventus meæ responderet prognosi, seorsum vocatus sum: sed jam nullum vidi praescribendi locum.

Ex hisce duabus Historiis clare constat, Febrem Miliaris, cum Symptomatis mitioribus incipientem, ex minimo errore fatalem saepe exitum habere.

*Historia Febris Miliaris, ubi quoddam Animi Deliquit maxime mirabile bipuum erat continuatum.*

**S**ept. 12. 1697. advocatus sum ad D. Hall, ad infirme Leopardi in Blackman street, propè Di- vi Georgii Templum habitantem, nono post partum die. Cui Pharmacopeus D. Bynn. & obste- trix D. Cresier, in Vico Abchurch-lane vulgo dicto.

Hæc puerpera annum agebat trigeminum octavum, & sanguinem jam parum enixa est. Constitutione debili; tam ex partu semper difficulti, quam dolore Colico saepe recurrente; quemque nuper passa est cū Calore & Frigore alternis, & cum oppressione Pectoris, Spirituumque languore. Quæ Symptomata ab amicis tantummodo vapores, ut vulgo vocant, usque ad diem quo infans baptizatus est, communis errore, aestimabantur. Quo die visitantum multitudine adeo fuit obstrepera, ut exinde Spiritus ejus, antea debiles, intense perturbarentur, & Tremore ac Motibus Convulsivis correpta fuerit: tantumque corporis inquietudine laboraverit, ut maritus vix potis erat eam in lecto retinere; donec tandem, die scilicet, illum quo advocatus sum, praecedente, in Convulsionem universalem incidit, & summo languore jacuit quasi penè mortua.

Die supradicto, cum circa nonam matutinam Patientem visitatus sim, mihi Domestici narrabant, maritum ejus meum adventum per nuncium inhibuisse: iussisseque, si forte adsum, ne me in cubiculum admittant: putabat enim illam revera animam reddidisse. Et cum, nolebilibus illis, ægrotam adverim, illam equidem absque pulsu, absque respiratione (ut per speculum ori & naribus appositorum probavi) facieque mortis pallidissimam, in lecto immotam & extensam Ego & astantes conspeximus.

Nihilominus è facto scrupulosiori de antecedentibus scrutinio conjecturam feci, mortis similitudinem illam à materiae mortificæ in totum genus nervosum Metastasi provenisse. Nam mihi hic in mente id venit, quod notatu dignum est in Pisciculis Tubulo vitro inclusis & per Microscopium inspec- tis: in quibus scilicet, conspicua est Sanguinis Circulatio, etiam si mortui videantur. Prohibui itaque ne per dies aliquot hanc ægrotam stragulis denudarent, & non ante septimanam sepeliendam. Et multa contentione obtinui Cucurbitulas cum Scatificatione, inter Scapulas, & Femoribus internis applicari permittant; Emplastrum Vesicatoria pone Aures & super Carpis apponi; tempora & manuum volas pedumque plantas Oleo succini illiniri; sucum Paralyseos, & ex Helleboro, Salviâ, & Floribus Betonicæ Sternutatorum Pulverem, naribus alterius vicibus insuflari; & Haustum ex Aq. Lact. 3ij. Castor. gr. vj. Syr. Artem. 3vi. nec non Apozema pro D. Bullock praescriptum, si fieri possit, vi in os injici.

Post penè bipuum, die scilicet 13to, circa quartam pomeridianam, missi ad me Domestici narrabant, Chirurgum, simul ac hinc puerperam inspicerat, admiratione perculsum interrogasse, an Cucurbitulas mortuæ applicari vellent. Utcunque tamen eis morem gerens, Cucurbitulas Femoribus apposuit; at

non inter scapulas, adeò multum rigebat. Vesicatoria etiam Carpis applicarunt. Cæterum die supradicto, nempe 13to vesperi, licet ne minimum respiraret, visa est tamen patrum calefcere. Jussi itaque Crani humani 3j. cum Aq. Ruze & Syr. Artemisiae, si fieri possit, in os immitti.

Die tandem 14to, circa quartam matutinam, molliissimè respirare, atque etiam deglutire incepit. Ideoque Emplastrum Vesicatoria inter Scapulas applicanda iterum prescripti. Et ut gutt. xx. Salis Volat. Oleos. sumat sine vehiculo. Quo factò, Pustulae Miliares demum in conspectum venere. Et in earum incrementum sequentia sumenda consului.

R. Putv. è Chel. Cant. comp. 35. Sumatur quarta quaque hora, & Cochl. j. Julap sequentis superbendo Cochl. iiiij.

Aq. Cinam. Horde. 3ij. Rutæ 3ij. Pa n. comp. 35. Sacchar. albif. q. s. Mj. f. Julap. um. Et ut bibat de Apozemate ex Ung. Alcis pro potu ordinario.

Die 15to loqui, seque movere valuit; & de dolore ex Vesicatoriis edidit querimoniam: Pustulae que Miliares super Pectus pulularunt copiosissimè. Ideoque antea prescripta censui continuanda.

Die 16to Pustulae molem acceperunt adhuc multò majorem, mensque illi redintegrata est. Nec amplius oppressione Pectoris, aut languore, sed solè corporis imbecillitate, laboravit. Quapropter & sequentia prescripti.

R. Putv. è Chel. Cancer. comp. gr. xxv. Aq. Lact. alex. 3ij. Epidem. 3ij. Mj. f. Haustus sex. à quaque horā sumendus.

R. Rad. Scorz. Hisp. 3i. Cort. Aurant. cond. 3vj. fol. Galga. Meliss. an. Mj. flor. Cord. an. & pj. Sem. Card. bened. 36. Coqu. in Aq. font. q. s. ad 10ij. Addendo Coctuus & Syr. Limon. 3i. Mj. f. Apozema, de quo sumat Haustum ad libitum, & in languoribus Aq. Theriacalem.

Ægrotam adeò bene se habentem abhinc usque ad diem 19um omisi visitare. Jamque solum Stomachica quedam amara prescripti, ad accendum appetitum: Sumeretque post quartam nocte in Sacram Tinduram, aquaque S. etiam mensis die sequente. Quo factò, in omnium admirationem profectè convaluit. Tametsi, ut audivi, in Nare, durante Febre, nimis compressa passa est Sphacelationem. Quà Chirurgi ope sanata, alios quinque vivit annos; tandemque, ut mihi ejus maritus retulit, ex dolore Colico & Convulsione eidem superinductâ è vitâ discessit.

*Historia Febris Miliaris in Chronicum Mor- bum terminantis.*

**J**An. 14to. 1699. evocatus sum ad D. Berenberg, pueroram, tunc in platea Walbrook vulgo vocata habitantem. Cui ut Pharmacopeus inserviebat D. Basket, Obstericus atrem officium præstabat. Tay- lor, in platea Pater-noster Ron.

Querebatur, dum parturiret, de virium maximâ imbecillitate. Et post partu ut afflentes mihi narrabant, tantum oppressione Pectoris, cum Spirituum defecu, laboravit, ut ad trahenda suspitia cogeretur. Ex illis tamen Symptomatis nihil præter Hystricos vapores, ut vulgo vocant, suspicatae sunt. Prædicti autem ejus diei, quo me advocarunt, cum mammæ ad lactandum infantem denudasset, & ad relaxandam alvum super aquæ calefactæ vaporem sedisset, frigorique multò semet exposuisset, exinde tandem spirituum augustinæ, respiratione difficulti, Asthmatis convulsivi æmulâ, Tussique siccâ, adeò depressa fuit, ut illi mortem esse in propinquuo existimaverint.

Cum primum illam adverim, de prædictis affec- tibus,

D d d

tibus, atque etiam de vigiliis querelas edidit. Pulsus illi erat frequens & debilis, & febrilis calor. Urina tamen pallida, & Lochia omnino suppressa.

Ex antecedentibus supra memoratis illam Febre Miliaris laborare censi: attamen in principio mitiori. Quamdiu, scilicet, consueto puerperum regimine gubernaretur. Postquam autem, eo ipso tempore, ut verisimile est, quo Miliarium Pustularum eruptio instabat, se irruenti frigori denudaverat; materiam morbosicam, retrogrado motu Pectori interiori impactam, supradictum Asthma creasse, conjectare licet. Nam ut in Pectore à me inspecto Pustulas tunc primò pullulantes, ita & duntaxat paucissimas, cernere poteram.

Statui itaque, mihi consuetā methodo, lenem sudorem & continuum excitare. Et ut alia Medicamenta, convulsivo Asthma, reliquisque Symptomatis, puerperisque commoda adjungerentur. Quamobrem & sequentia præscripti.

R. Spermatis Ceti 3j. Bezoar. Orient. Crucis an. 3f. Syr. Heder, terrestr. q. f. Ms. f. Bolus sumendus ē Cochl. j. Aq. Lactis alex. super bibendo Cochl. x. His enim, Lochis promovendis, Asthamati levando, excitandis spiritibus, & sudoribus magis liberis consului. Et ut Patienti illiusque amicis placet, qui hanc Febrem Hystricum affectum restimārunt, atque etiam Lochia felicius continuarent, Pilulas sequentes præscripti.

R. Castores gr. vij Aja fetid. gr. xii. Syr. Paeon. comp. q. f. M. f. Pil. no. vi.

Die 15to optimè se habebat. Nam ex quo Bolum sumferat, spiritus fuere elevationes, facilior respiratio, renovatus effluxus Lochiorum, urina colorator, Pustulaeque Miliares super Pectus magis conspicue. Bolum itaque die præcedente præscriptum censui repetendum, addendo Pulv. de gutt. grana aliquot, ne Asthma convulsivum recurreret. Umbilico etiam Emplastrum ex Taccamahacca, & Emplastrum subpedalia applicanda jussi. Et in languoribus sumeret Haustum Julapii perlati. Nec non Aq. Theriacalis Cochl. ij, alternis vicibus.

Vesperi, ex leni persistente sudore, respiratio adhuc facilis, Pustulae Miliares densiores, Spiritusque minus defecere. Ideoque ut in usu Bolorum antea præscriptorum persisteret, duxi optimum fore: Sumeretque, pro renata, succi fimi Equini in Aq. Card. Bened. & Tuleg. infusi & expressi. Nimirum, ut Lochiorum effluxus, volatilibus fimi particulis, excitaretur.

Die 16to noctem intellexi præcedentem sine ullo Symptomate Ægrotæ transiisse. Antequam vero ab illâ discessi, respiratione convulsivâ iterata, vires subito diminutas sentiit. Præscripti itaque Haustum sequentem.

R. Aq. Lact. alex. 3ij, Epidem. Syr. Carioph. an. 3ij. Lapid. Goen. Pulv. de gutt. an 3f. Ms. f. Haustus. Et post horas sex sumat etiam Bolum antea præscriptum, Pilularumque duas tempore intermedio.

Vesperi sudorem, ex sumpto Haustu, universalem dimanasse narrabant. Unde & magis extumuere Pustulae Miliares, & Asthma diminutum est. Ideoque jussi persisteret in usu ultimò præscriptorum omnium. Et ad flatus, qui multum attulerunt molestiae, Saccharo instillarentur Olei Cort. Aurant. gutt. iij, & sumerentur ad libitum.

Die 17mo, Cum prædicta Symptomata debellatividerentur, antea præcripta continuari consului.

Die 18mo, ex sudore intermisso, renovantur Symptomata, cum Ventriculi ægritudine, & quâdam confusione, quasi Delirii prodromo, conjuncta. Quamobrēad restituendum sudorem, jussi ut in usu Haustus persistat: Addendo singulis Haustibus Bezoar.

Orient. grana aliquot. Ut cum posseto salviato aquam Theriacalem largè sumeret, & Emplastrum subpedalia repeterentur.

Vesperi ex sudore copioso renovato iterum evanescere Symptomata. Neque exinde quicquam infirmatae vires, sed potius auctæ fuere. Euansī quædam rubræ, & pruriens, miliaribus interspersæ, vi sudoris excreverint. Jussi itaque ut in usu Haustus & infusæ persisteret.

Die 19no Pustulae Miliares coeperunt exsiccati, & omnia visa sunt versus sanitatem perfectam progredi: Solummodo spirituum diminutione excepta. Quapropter & præscripti usum Haustus cordialis continuari.

20mo vocatus sum circa quintam matutinam. Quippe quod ægrotæ in difficultem respirationem denuo incidisset: Non à Pustulis Miliaribus recessis; cùm hæ jam antea penitus exsiccatæ fuerint: Sed forsitan à materiae morbificæ quibusdam reliquis, viam quasi quærentibus qua excernerentur. Nam ex tribus sedibus, sponte ac subito supervenientibus, Dyspnœa omnino evanuit, atque Ægra quam optimè convaluit.

Nihilominus ex illius amicis aliquis alium Medicum advocari vellet. Qui cùm adveniret, & Pustulae Miliares, jam antea, ut dictum est, exsiccatæ, nusquam vidit, sed tantummodo rubras; me, quod hanc Febrem vocaverim Miliarem, irritat: Dixitque rubras Pustulas à solo sudore posse oriri. Proindeque juxta indicationes quas sumperat claudicantes aliquot dies præscripti, sed re infecta. Deinde alias Medicus, & post illum tertius, atque quartus vocatus est. Qui omnes ignoti morbi curationem incertè suscepserunt, donec in Chronicum tandem transit. Quod si noverint hanc Febrem reverâ fuisse Miliarem, & post exsiccatas Pustulas Miliares Crisim perficiendam naturæ commisissent; nullus dubito, quin Morbi laetus fuisset exitus. Nam ab illo momento, quo Pustulae Miliares etiam salubriter exarescere solent, non infreenter observavi, materiae morbosæ reliquias vel per Intestina, ut in hoc casu, vel per vias Urinarias, ut in sequenti; vel cum Lochis per Uterum, ut in quadam D. King, in Vico Fleet-street dicto, sponte & faeliciter exterminari.

#### Historia Febris Miliaris in Morbum Chronicum, tandemque Mortem, definitis.

SEPT. 1709, vocatus sum ad D. Bateman. D. Bateman, equitis aurati, uxorem, Hæc ante viginti septimanæ, in principio puerperii, dolore colico, oppressione pectoris, cum suspitiis spirituumque defectu, nec non pulsu frequente ac debili laboravit. Ex quibus Symptomatis morbum Febrem esse Miliarem palam prædixi. Et ex usu Diaphoreticum optimè se habere, sibi suæque Matri visa est. Prædicta enim symptomata parvipenderunt. Ægrotam itaque diuinus visitare nolui. Consului tamen, ut seipsum per mensem lecto affigeret, in eorum quæ præscripteram usu persisteret, & ab infantis lactatione abstinaret.

Meo autem consilio obtemperare noluit. Proindeque post quinque septimanæ à partu passa est recidivam, cum dolore colico & lateralí, calore & Frigore alternatim recurrentibus, oppressione pectoris, cum suspitiis, spirituumque defectu. Ad Lateris dolorem Sanguis fuit emissus; unde & auctus Languor: Et quædam suffocatio, Hystrici affectus similis, cum suspitiis illam premebat: Quæ symptomata Vapores, ut vulgo loquuntur,

*Ægra* quām ejus mater aestimarent. Cūm reverā à Venae sectione, catameniorum tempore, orta sint. Nam Lochia, quæ à partu ad sextam septimanam usque duraverant, exinde subito suppressa fuere, & deinceps ad illius è vitâ exitum.

Jamque, quod ante exacerbationem Symptomatum magis frigesceret, Morbum putarunt Febrēm esse intermittem: Etiam si Pustulæ Miliare res hoc rēpos- fuere conspicuae. Nihilominus sumpsit corticem Peruvianum ex prescriptione Pharmacopœi. Ex quo motu inveni: Pustulis adhuc magis angendis aptæ, ita curis superficiem impeditum, eandemque alio transfinissim foisse, minime dubitandum est. Primo super Femur, Tibiam pedem que; quem Chirurgus scarificabat: Deinde & super intestina; ubi genuit Diarrhoeam: Nec non super Nervos pulmonum, ramisque Asperæ Arteriæ capillares; ubi Albulæ, cum Tussi spontaniori & fortidu prodixit. Verum ex emissio è pecto sero minime remissior fuit Dysponæ.

A Junii 230, ad 250, Medicus prescripsit Bolum ex Pulv. e Chel. Cancr. compotis, Rad. Serpent. Virg. & C. storco; Dec. album, Suppositum, Empl. Vesicat. Nucha & pedibus Cephalicum.

Junii 250, Corticis Peruviani Decoctum. Die 26. Corticis Peruv. Pulverem. 280, Julapum ex Aq. Lati. 3ij. Mentha, Cinamomi hord. an. 3j, Laud. liq. 5j. Conf. Fracast. 3ij, in Diaribeam.

Julii 8vo, Lac. Afininum cum Pulvere Margaritatum, e Chelis Cancror. siu. lice, & Saccharo perlato. Nec non Infusum amaranthi ex Afinib. Romæ o & Sem. Coriandri, addendo Colatura, Gommi Ammoniaci Aq. Pœni. comp. & mirabil. an. q. j. dissoluti 5j, & Aq. Ceras. nigr. 3vj.

Die 9no, Corticem Peruvianum. 160. Bolum ex Pulvere e Chel. Cancr. com. & Theriaca Andromac. Et Decoctum album cum Rad. Tormentilla. 29no, Infusum amarum, & Pilulas ex Pulvere Millepedum.

Aug. 30, Pilulas ex Pulv. Ari comp. Myrra & Syr. Balsamico. Et Decoctum ex Cortice Sassafras, Sem. Dauci, Beccu Juniperi, Rad. Eryngii cond. & Aq. Calcis q. s. addendo Colatura Aq. Nephriticam.

Die 17mo, In consultatione cum alio Medico. Pilulam Mattheianam, 190. Vesicatoris Nushe & Brachis applicanda. Pilulas ex Galbano, Gum. Ammoniaci, Croci, & Opobalsamo. Et Jui. spum perlatum.

Sept. 6to, Enema ex Decoclo albo, Theriaca Androm. & Diescordio. Infusum amarum ex Radicib. Gentiane, Hellenii, Absint. & Marubii foliis, Sem. Dauci & Bacchar. Junip. in Aq. fonti, infusis, addendo colatura Vismum Chalybeatum. Et Bolum ex Diescordio, Terra Japonica, & Ol. Cinamomi.

Die 130. Vesicatorium parvum, cum Epispastico Unguento, ad diu contingandum Ulcus. Pilulas ex specieb. Diambra, Castoreo, Sale Volat. C. C. & Galbano. Et Julapum Hystericum.

Hactenus tres Medici magni nominis, duoque Chirurgi non incelestres Ægrotam visitarunt. Et hanc Morbi methodique prescribendi Historiam, majori ex parte, ab Illâ illiusque Matre, iterum ad vocatus accepi.

Jam tum difficulti respiratione, Diarrhoea, & manuum artuumque infectorum Tumore gravata est: Adeo vertiginosa & languida, ut bis uno die ne Syncope moriretur metuerint. Pulsus ei valde frequens ac debilis. Et circa meridiem, Calore, Rubore, & Dyspnœa, quotidie affectam foisse narrabant.

Horum omnium, ferè à Morbi principio, Symptomatum, tres quatuorve Causas foisse arbitror. Quotidianum scilicet è lecto egressum, Lactionem, Venæ sectionem, & è sumptis Medicamentis imprimis corticem peruvianum. Haec enim omnia pustulatum miliarum incremento & durationi certum est obstitisse, & materiam morbificam in pulmones, Tom. II.

Intestina, Artusque inferiores translusisse.

De hoc Morbo, quod sit immiedicabilis, feci propositum. Præcipue ob sumam Ægrotæ imbecillitatem; & quod Dyspnœa & Diarrhoea contraria indicarent.

Triste confessi est, mollium pœnituisse se, me posterius vocatis Medicis non associatum fuisse: Præcipue, quod suum Sororem in simili casu à me sanatam meminerit. Jam tamen à me proposita Vesicatoria nullibi apponi voluit, etiamsi Respiratio difficilis & Vertigo exigent. Fontanellas itaque inter scapulas aperiendas foisi. Et in ventris Tormina, Diarrhoeam conitania, Spiritum Millepedum, cuius efficaciam sœpe expertus sum, ex haustu portus ordinarii, ad gutt. xx bis in die sumendum præscripsi. Et ut sexiā quaque horâ Bolum ex Spermate Ceti, Pulv. e Chel. Cancr. comp. & Croco, ad Menses movendos, lenem Diaphoresin excitandam, Respirationemque allevandam, deglutiuit.

Die 20mo, in reditu meo à Regio apud Windesoriam Castello visitavi ægrotam, eamque à Vertigine omnino liberam conspicxi. ejus spiritus haud mediciter refectos, ventris Tormina consopita, & suppressam Diarrhoeam, ut postea mixta opiatâ non opus fuerit. Persistentibus autem Dyspnœa, ac inferorum Artuum Tumore, & univerâ imbecillitate indies auctâ, post unam atque alteram septimanam obiit.

#### Historia Febris Miliaris cum largissimo Urine effluxu circa finem.

Iulii 29no, 1705. D. Loyd Lintearius, apud Cyz narac Insigne in platea Cheapside dictâ, cuique D. Basket erat Pharmacopœus, me ad suam Filiolam septem annos natam evocavit.

Habitudine erat tenuior, Temperie calidior. Spiritus illi vivaces, sed facile dissolubiles. Diebus aliquot præcedentibus, ex Calore interno cutis aridior fuit. Pridie hujus diei, cancerum comedir. Ex quo noctu ægrotabat, & calore vchementi sinque correpta est. Quibus etiam Spirituum defectus, Vomito, Pulsus frequens ac debilis, & Urina sanorum similis accessere.

Et morbi antecedentibus & Symptomatis prænoti vi hanc Febrē fore Miliarem. Ideoque lacteo Enemate, ad primas abluedas vias injecto, pro meo more decrevi lenem ac continuam Diaphoresia excitare, calidæque interim & siccæ temperiei diluentibus favere. Præscripti autem sequentem in modum.

R. Pulv. e chel. cancr. comp. gr. viij. sumantur è cochl. j. Julapis sequentis, superb. bendo cochl. ij. vel iii.

R. Aq. ceras. nigr. 5vij. Epidem. 2j. Sacchari albiss. q. j. Mf. f. Julapum.

His addidi Emplastrum, ex Cephalico cum Eu-phorbio, & pice Burgundica, subpedalia.

Die 30mo visitanti mihi narrant, Ægrotam ex Enemate Alvum satis dejecisse: Noctemque magis placidam, quām præcedentem, illi contigisse. Non adeò multum ardebat; calore tamen & frigore alternis mitius affecta fuit, vomitioque omnino suppressa. Et jam primum super Pectus Pustulæ Miliare in conspectum venere. Præscripti itaque ut persisteret in usu Pulveris; & ad diluendam materiam febrilem, sudoremque sovendum, Possetum Salviatum affatim potaret.

Die 31mo, Spiritus minus oppressi sunt, & mediciter refecti. Sed ex usu Posseti intermissio paulò plus caluit; Pulsus frequentior, sed debilis; Pustulæ tamen Miliare aliquanto magis fuere conspicuae. Præscripti itaque Pulveris e Chel. Cancr. comp. gr. viij,

592

totidemque Margaritarum præparat, alternis vici-  
bus sumenda.

Augusti 1mo Pustulæ Miliares sunt tumidiu-  
culæ, Calorique internus minor. Externè vero  
paulo plus calidus, cutisque leni Diaphoresi hu-  
meantur. Jussi itaque post subductam Alvum  
ex injecto Enemate ante præscripta reperenda.

Aug. 2do Spiritus fuere vivaciores, Calorique  
adhus minor internè. Consulti itaque persisteret  
in usu Margarit. pp. cum Julapio quartâ qua-  
que horâ: Et ad tuendum caput Emplastrum Ve-  
ficatoria pone aures applicanda.

Aug. 3to non adeo equidem externè cale-  
bat; Verum pustulæ Miliares aspectum habebant  
minus laudabilem. Censui itaque pulverem è  
chelis cancer. compositum in usum revocandum.  
Quoniam verò puellæ mater ægrè ferebat Me-  
dicamenta adeo frequenter sumenda, sequentia  
præscripti.

R. Aq. ceras. nigr. 3xij. Epidem. 3j, pulv. è  
chel. canc. comp. 3j, Sacch. albiss. q. s. Mj. f.  
Julapium; de quo sumat Haustum sextâ quaque  
horâ, agitata phiala tempore usus. Et sumeret  
Margar. præp. Dofin in omnibus intervallis.  
Uteretur etiam Mucilagine ex sem. Cydon. &  
Pjyll. Syr. è Rubo Idae edulcorata. Et Empl.  
subpedalia repeterentur.

Aug. 4to Calor erat multò intensior, nec si-  
ne quibusdam motibus convulsivis. Puella enim,  
cujus calida erat naturalis temperies, largius de  
Julapio potaverat, quam debuit. Præscripti ita-  
que, Julapi loco, Margarit. pp. 3j, sextâ qua-  
que horâ sumendum, è Julapi sequentis Cochli.  
j, superbib. Cochli. iiij.

R. Aq. Lact. alex. 3viii, Epidem. 3j, Syr. è Cort.  
Ctr. q. s. Mj. f. Julap. Et ad Ieri Sanguinis  
partem acciorem diluendam, ut lactis aquam ale-  
xit, sumeret edulcoratam, instar potus ordinarii.  
Si diaphoresis suppressa fuerit, singulis aquæ  
prædictæ haustulis Spiritus C. C. gutt. iv. ad-  
derentur: Et Julapio immisceretur Pulveris de  
gutt. 3j.

Die 5to motus quievere Convulsivi, Calor  
sit mitior, Spiritus animales vires sumunt, Pu-  
stulæque Miliares jam in principio declinationis  
sunt. Quae clare indicant, mala antea memora-  
ta Symptomata non tam à Morbo, quam à Ju-  
lapio, nimia quantitate sumpto, provenisse. Jus-  
si itaque in novissime præscriptorum usu persisteret.  
Naturæ enim non imperandum, ut bene monet Ba-  
glivus, sed illius monitis parendum est.

Die 6to Febris adeo declinavit, ut Pustulæ  
Miliares desiccari inceperint. Præscripti tamen,  
ad Febrilem Calorem superfluum extingendum,  
ut Lactis aquam cum Margarit. præparatis Puel-  
la affitum bibat, & cortex Peruvianus in promptu  
esset, pro re natâ sumendus.

Die 7mo summo manè advocor. Tanta enim  
copiâ, tamque subito mihiit Puella, ut de illâ,  
antequam matula afferri potuit, effluxerit Urina.  
Unde pertinuit mater, ne Diabetes, & deinde  
de morte sequerentur; ut suo nepoti accidisse aie-  
bat. Cum reverâ partim ex Aq. Lactis, die  
præcedente liberalius potata; partim è Pustulæ  
Miliaribus, tum exsiccatis, eveniret. Quemad-  
modum in antea descripto casu, & in eodem  
Morbi tempore, materiae morbificæ reliquæ, ad  
Crisia perficiendam, per Alvum abierunt. Quod  
& hic forsitan accidisset, si patientis temperies  
minus calida, Alvus naturâ laxior, ususque Mar-  
garitarum parcior fuisset. Et in simili casu hujus-  
modi, Morbi reliquæ per Lochia nonnunquam

expelluntur: ut D. King, ad Trium Regum  
Inligne in Ludgate-hill, cui Pharmacopœus erat  
D. Alen, accidisse memini. Illi enim, statim  
à Pustulis Miliaribus penitus exsiccatis, Lochia,  
instar Sanguinis super Carbones adusti, nigri-  
cantia, huc illâ causâ evidenti, aut subsequen-  
te periculo, per horam integrâ emanârunt. Et  
quoties evacuatio neutrius prædicti generis post  
exsiccatas Pustulas contingit, saepe vel Calorem  
internis partibus harerentem, cum pressurâ Spir-  
ituum, deprehendo; vel quavis levi de causa  
recidivam patiuntur Ægri, & nonnunquam mor-  
tem subitaneam: Vel ex materia in Artus rejectâ,  
aut Erysipelas, aut Hydropicus dolensque Tu-  
mor generatur.

Hæc omnia puellæ matri sigillatim monstra-  
vi, quod melius eam à timore liberarem. Ni-  
hilque amplius agendum, præter virum inflan-  
rationem: vel Corticis Peruv. usum, vel Pulve-  
ris Testacei cum Læste Asinino; cujus usus ei  
antea bene cessit. Alium tamen Medicum associari  
voluit. Eodem verò tempore ipse evocor ad  
Nobiliss. D. Clarendonia Comitem, ut de ejus  
nepote, Honorabil. D. Obrian, consulerem. Ideo  
& alter Medicus sequentia solus præscripsit.

R. Pulv. de gutt. Lapid. Contray. an. gr. vj,  
Castor. Salis Vol. C. C. an. gr. ij, Cons. Alekern.  
sine Mosh. 3j, Syr. Pavon. comp. q. s. Mj. f. Bo-  
lus statim sumendus, & sextâ quaque horâ, fo-  
latus in Cochli. j. Julapii.

R. Decod. albi ibi, Aq. Cinam. brrd. 3j, Sacch.  
albiss. q. s. Mj. f. Apozema pro potu ordinario.

R. Salis vol. Oleos. 3ij, sumas gutt. vj, fre-  
quenter in potu quovis ordinario.

Et applicentur Emplastrum Veficatoria Brachiis  
internis & inter Scapulas.

Hujus præscripti Chartulam D. Basket Phar-  
macopœus ad me misit. Quâ perleatâ, stupore  
quodam percussum sum; dixique, cum minimè  
retrocesserint Pustulæ Miliares, sed regulariter  
& sine quovis pravo Symptomate exsiccarentur,  
me, ex Medicamentis calorificis, & à puella  
calidi temperamenti ac debilitatâ sumptis, nil me-  
lius quam Febrē de novo accersam, mortem  
que minitatem sperare.

Nec me mea fæsellit conjectura. Cum enim  
circa nonam vespertinam puellam visitaverim, ut  
omnia, secundum præscriptum ultimò memoratum,  
intellexi facta fuisse: ita & puellam ardo-  
re vehementissimo, cum siti ingente, linguaque  
arida, & respiratione difficiili, laborantem vidi.  
Attamen, absente altero Medico, nihil præscri-  
bere mihi visum est.

Die proximo manè nobis; unâ Puellam visitan-  
tibus, narratum est, illi pessimè transisse noctem,  
& jam ardebat maximè sitique valde urgente &  
Dyspnœa afflita fuit. Et mihi interroganti alterum  
Medicum, qualibus indicationibus satisfecis-  
se proposuerat? Respondet, se me absente, qui  
solus Morbi Historiam enarrare potui, Pustulas  
Miliares retrogradas & slimavisse. At cum id fieri  
non posse monstraverim, habita consultatione,  
& concessit Medicus dosin diminuere, & sequen-  
tia præscribere.

R. Lapid. Contray. Pulv. de gutt. an. gr. iv.  
Croci, Castor. an. gr. j. Syr. Pavon. comp. q. s.  
Mj. f. Bolus sumendus è Cochli. j. Julapii. Su-  
meretque ad diluendos humores Decodum al-  
bum pro potu ordinario. Et ne ex Alvo adstric-  
ta ususque Boli Calor excitaretur, suppositorium  
præscriptissimum ex Melle & Sale Gemmeo.

Die 9no Calor fuit remissior, liberiusque ref-  
piravit.

usque respiravit. Praescripsimus itaque Enema ex Lacte Saccharato, Bolumque untum.

Die 10mo in statu longè meliori Pecllam vidimus; Symptomatis, à calidis Medicamentis ortis, contopitis omnibus. Attamen ad recuperandas vires, Calorisque interni recursum præveniendum, Pulverem præscripsimus sequentem, è Cochl. j. Lactis Alumini sumendum, superbibendo ibidem, tepide.

R. Pulv. è Chel. Cancer. comp. Margar. pp. an. gr. vj, Mf. f. Pulvis.

Die 11mo ut adhuc tuus præmeniamus puellam, ne illi febilibus Calor novaretur, consului-  
mus, Cort. Perit. Pulv. D. & Cochl. j. Julapi  
quarta quaque hora sumendum; & pro re na-  
ta, Aq. Lactis haustulum. Et ad perficiendam  
valetudinem Rus adiret, ubi saniori flatu sem-  
per gaudebat.

Haud multo post audiui, illam iterum male  
valere, si quisque advocari Medicos. Id autem  
minime mihi displacebat: nam sub eorum cu-  
ra obiit; cum antea, me illam curante solo,  
Deoque favente, tam bene illi res cesserit, ut  
è Febre mediocri tempore evaserit.

*Historia Febris Miliaris in Mamma Apostema ter-  
minans.*

Junii 2do 1699, ad Viri admodum Honorab.  
D. Trevor Commun. Placitor. Justiciarri Ca-  
pitalis Uxorem, jam defunctam, circa sui Puerperii  
principum evocatus sum. Cui Pharmacopœus  
erat D. Gellibrand; obfletrix, D. Dodson.

Cum gracili corpore animum posset tranqui-  
lum; Spiritus tamen nativos debiliores. Ante  
partum in Calorem internum sœpe incidit. Pos-  
tea doluere Dorsum & Femora, ut in Puer-  
peris solent: Et doloribus remissis, horrore correpta  
est; quem Febrem esse Lacteum putarunt  
Mulieres: tertio enim à partu die contigit.

Quoniam tamen Spiritus desicere senit, die  
prædicto vocatus sum. Cum observaverim Sympto-  
mata, quādam oportetionē Pectoris suspitia co-  
gentia, summe dejectis Spiritibus, Capitis dolore  
Pulsuque frequenti ac debili, illam laborare vi-  
di. Urna finorum similis, Palmae erant calidæ,  
Lochia effluabant, Alvusque potius accessit ad  
Laxitatem. Denudato autem Pectore, inibi  
numeravi Pustulas Tres Miliates. E quibus,  
etiam paucissimis, satis aperte constabat, hanc  
Febrem esse Miliarem. Mihi autem id affirmanti  
Digniss. D. Hambden, alteque astantes, vix  
affentiri voluerunt.

Attamen ex numero Pustularum adeò par-  
vo materiam ad eas fovendas aptam aliò ten-  
dere suscipiatis sum. Ut itaque earum eruptio-  
nem leni & continua Diaphoresi promoverem,  
sequentem Haustum sexta quaque hora sumen-  
dum præscripti.

R. Aq. Lact. 3ij, Pan. comp. 35, Pulv. è  
Chel. Cancer. comp. gr. xv, Pulv. de gutt. 3i,  
Syr. Meliss. q. l. Mf. f. Haustus.

Pulverem è Chel. Cancerorum paulò minori  
quantitate præscripti, ne motum Sanguinis  
magis accelerem, quam Diaphoresi jam excita-  
tæ continuanda par esset. Ad tuendos ner-  
vos, si Pustulae forte retrocessissent, addidi  
Pulv. de gutteta cum Aquæ Lactis majori  
Dosi diluente.

Præscripti etiam ad Capitis dolorem Emplas-  
tom. II,

trum Vesicatorium inter Scapulas applicandum,  
& Empl. subpedalia. Et pro Alimento ut Pul-  
lorum jus sorberet. Quod, ut magis nutritiu-  
mum, in hac Febre potius quam in quavis  
alia, præcipue in natura debilibus, præbere  
soleo. Quibus & adjunxi seq. Julapium ad li-  
bitum sumendum.

R. Aq. Meliss. 3vij, Cinamom. hord. 3iv;  
Epidem. 3j, Sacch. perlati 3ij, Mf. f. Julia-  
pium.

Die 3to melius se habuit, ex omni parte;  
Attamen, ne remitteretur Diaphoresis, præ-  
scripti Bolum sequentem.

R. Cons. Anth. 35, Pulv. è Chel. Cancer.  
comp. 35, Syr. Meliss. q. s. Mf. f. Bolus su-  
mendus cum Julapi.

Vespere Febris exacerbata est primò contin-  
gentibus Symptomatibus. Quibus etiam accessit  
Respiratio difficultis: Nec non levior Diarrhoea,  
è Lochis diminutis. Nam excrementia ma-  
teria tentabat transiū ab Utero ad Inte-  
stina. Sequentem itaque Bolum cum Julapi  
sumendum præscripti.

R. Cons. Anth. 35, Theriacas Andr. 3, Pulv.  
è Chel. Cancer. comp. Croci, an 3j, Sy. Meliss.  
q. s. Mf. f. Bolus.

Theriacam præculi Discordio, quod non so-  
lum moderetur Alvum; sed & plerumque ma-  
gis saveat sudoribus. Et, omnis alius Afran-  
gentibus, Crocum addidi, ut uberiorem Flu-  
xum Lochiorum, sine astrictione Glandularum  
Intestinalium, restinuerem. Quacunque enim  
Intestina astringunt, suum etiam Utero affectum  
imprimunt. Quod imprimis advertendum est,  
ne ex uno sanato Symptomate aliud generetur.

Veruntamen, ne Bolus supradictus minus sit  
efficax, seq. Julapium præscripti in promptu ha-  
bendum.

R. Aq. Cerat. nigr. 3vij, Cinam. hord. 3iv, Epi-  
dem. 3j, Cons. Fr. sc. st. 3j, C. nf. de Hyacinth. junc. od. 3i,  
Syr. de Mentb. 3j, Mf. f. Julap. de quo sumat  
Cochl. iv. post scatas flagulas. Et ne quid mali  
accideret ex Opia, præscripti Vesicatoria  
Carpis applicanda. Quae etiam in Diarrhoea  
nonnunquam profund, dum materiam morbificam  
ad exteriora revellunt.

Die 4to à sumpto Bolo Theriacali somnum  
sudoreisque secutos fuisse intellexi. Unde &  
omnia Symptomata in meliorem partem inclina-  
runt. Neque astringens Julapi opus erat.  
Præscripti itaque Bolum cum Julapi perlato  
repetendum. At sine Theriacas; quod hic mi-  
nus Calida ad continuandam Diaphoresin vide-  
rentur sufficere. Et inefficacis Medicamentri,  
majore quantitate quam par est adhibiti, ex-  
emplum habemus in Salivatione. Hanc enim  
sæpe, & præcipue in debilibus, Mercurii dul-  
cis gr. v. vel x, singulis noctibus sumpta, fo-  
licius producunt, quam ejusdem Medicamenti  
Tripla Dosis. Cujus etiam rei Testis est D.  
Tindal, Pharmacopœus. Qui, cum hanc metho-  
dum cuidam patienti præscriptissim, multa ad-  
miratione dixit, se nil inde expectare: nuperri-  
mè enim Doses multò majores prædictæ Patien-  
tis Filiae, à magni nominis Chirurgo dari, &  
vel undecim hebdomadas frustra continuari, vi-  
derat. Vnde Mercurius dulcis nimia quantita-  
te sumptus Sanguinis motum adeò accelerat, ut  
materiam, quæ ex mediocri Dosi per Glandulas  
Salivales fecerni solet, Vomitione aut Sedibus  
expellat. Et notum est, in Melancholicis Al-  
Ddd 3 vnum

594 **vum** facilius subduci Medicamentis Lenitivis, quam Catharticis plerisque fortioribus. Et par modo sudor jam profluens, Diaphoreticorum Dosis augendo vel nimis frequenter repetendo, saepe in ardorem definit.

Attamen ne ad continuandum sudorem deferset materia, Apozem. seq. præscripti.

R. Rad. Fragar. Chelid. major. an. 3*b.* fol. Meliss. Fragar. Chelid. an. p. ij. Sem. Card. bened. 3*j.* flor. Cordial. an p. 6. Coquuntur in Aq. font. q. j. Colatur 3*b.* addit. Aq. Epidem. 3*j.* Ms. f. a. ozema.

Vespere rediit exacerbatio, sed multo levius. Bolum itaque Theriacalem repetendum præscripti. Deinde, post horas sex, Bolum sine Theriaca: Et emplastrum subpedalia applicanda.

Die 5*to* Symptomata quæque vidi benigniora, Pustulisque Miliares ad maturitatem proferantes. Præscripti itaque ut in usu Boli sine Theriaca, Apozematis, & Julap. persisteret.

Quoniam tamen Dyspnœam renovari posse suspicatus sum, si exacerbationes prædictæ iterentur, donec Pustulæ exsiccatae fuerint, aliud Medicum in consultationem vocandum monui, quem Patientis Amici nominarunt. Vespere itaque convenientes, Symptomata toium illum diem fuisse leviora intelleximus. Jam vero, vidimus omnia, nempe Diarrhoeam, Dyspnœam, Spirituumque defectum exacerbari. Præscriptimus itaque sequentia.

R. Pulv. ē Chel. Cancer. comp. Conf. Fractifor. an. 3*b.* Syr. Caryoph. q. s. Ms. f. Bolus sumendum in Cochli. j. Julapi sequentis, superbibendo Cochli. v.

R. Aq. Ceras. nigr. 3*x.* Puleg. Bryon. comp. an. 3*j.* Margar. pp. 3*j.* Sacch. albiss. q. s. M. f. Julapium.

Die 6*to* manè, non obstante Bolo, Patiens sexies sedem petiverat, noxque ei inquietè transiit. Nec iam Exacerbatio omnino finita fuit. Jussimus itaque Bolum continuandum, & Vesicatoria Brachiis internis applicanda. Quibus addidimus Gargarismum ex Decocito Plantaginis cum toto, & seq. Enema.

R. Seri Lact. Vino Hisp. separati 3*x.* Elekt. ē Baccis Laur. 3*j.* Sacch. rubr. 3*j.* Ms. f. Enema.

Attamen interrogatus seorsum à D. Hodges, Egrotæ matre; Quid ad magnum illum Spirituum defectum sit faciendum? Susi, ut in Aq. Lact. haustulo Croci sumeret 3*s.* & post aliquot horas repeteret.

Vespere nobis narratum est, Patientem omisso Bolum cum Diaffordio. Sed Croci, ut à me præscripti, usu repetito, levioribus Symptomatis diem transfigisse. Nam ex leni sudore Pustulæ Miliares laudabili modo se extulerunt. A juvantibus itaque indicationem fumentes præscriptimus Pulverem sequentem.

R. Pulv. ē Chel. Cancer. comp. 3*b.* Croci Pulv. gr. vj. Ms. f. Pulvis sexta quaque hora sumendum cum Julapio.

Die 7*mo* visa est optimè se habere. Alvis ei mediocriter soluta fuit; nempe longioribus intervallis, & sine virium jactura. Neque inde Pustulæ Miliares disparuerere. Quam obrem, ut in usu alterno Boli sine Diaffordio, & Pulveris ultimò præscripti cum Julapio, persisteret decrevimus.

Vespere Symptomata, cum difficii Respiratio ne & Diarrhoea, exacerbata sunt. Quare

& præscriptimus Bolum cum Diaffordio, & reliqua ut antea.

Die 8*vo* etiamsi Bolum sumisset cum Diaffordio, hanc item ita bene sudasse aut dormisse, ac post Bolum Theriacalem à me præscriptum Astantes aiebant. Magis enim inquieta fuit & calida, difficilisque adhuc respirabat. Præscriptimus itaque, ut in usu Pulveris persisteret.

Vespere videbatur novam pati exacerbationem. Ego vero ultimam nondum penitus finitam esse censi. Loco itaque Boli Diaffordiali Theriacalem præscriptimus repetendum.

Die 9*no* intelleximus, noctem præcedentem fuisse facillimam. Et jam quæque Symptoma benigna, Pustulæque Miliares, & numero & mole auctas vidimus. Præscriptimus itaque in Exacerbationis intervallis Bolum sine Diaffordio aut Theriaca sumendum. Opiata enim tempore Exacerbationis sumpta melius operari, expertum habeo: præcipue si Vesicatoria simul applicarentur.

Die 10*mo*, post noctem valde pacatam Egrotam spirituum summo defectu, madore frigido & universali, præcipue in manibus, fractum mirati sumus. Præscriptimus itaque Croci 3*b.* ex haustulo Aq. Lact. bibendum; & suppositorium ex Melle Spec. Hier. cocto intrudendum. Ut Lap. Goens. 3*j.* cum Croci gr. vj. sumeret sexta quaque hora; Haustumque cum Croco in languoribus & madore frigido. Nec non Apozema pectorale, cum Linetu oleoso, ad moderandam Tussiculum jam primò ortam. Ne Pustulis ad siccitudinem tendentibus materiae morbificæ residuum in Pulmones irrueret.

Diebus sequentibus nihil præter Julapium perlatum & Crocum, in languoribus sumendum, & Diætam Nutritiam, præscriptum est. Quibus adeo vires Patientis auctæ sunt, ut postea materiae morbificæ reliquæ in Mammarum Glandulas tutò secernerentur. Verum ad ejus imbecillitatem habita ratione, Pilula Tart. Quercet. aliquot viëibus sumpta, materiae prædictæ maturationem tardare volui. Quo facto, ita bene res cessit sub cura D. Bernard Chirurgi Regii, ut paulatim, & pene sine dolore, Pus generaretur, & paucis post diebus optimè convaluerit.

Veniamen paulo ante proximum Puerperium narravit Medico magni nominis [se sub præcedente, Febre correptam fuisse; & ex Calore quem sensit interno timere ne similiiter recurreret. Quare ille Medicus Sanguinis 3*x.* Venæctione emittendas consuluit. Quia facta, ut Foetus in Utero languidius moveri statim senserit; itaque cum ad partum ventum esset, adeo debilitata fuit, ut antequam illam adire posuerim, in ipso Conatu, ad excludendum Foetus (etiamsi hic rite positum) necessario, supremum diem obierit.

#### Historia Febris Militaris, ex Frigore propè Mortalis.

**S**ub finem mensis Julii, 1706. vocatus sum ad Filiam D. Smith in Areâ, Bartholomeu - Cloe vulgo vocata, statim post partum. Cui obstetricia officium præstítit D. Summers, & D. Springet Pharmacopœi.

Post partum passa est Fluxum Lochiorum nimium, cum Pectoris oppressione maxima spirituumque defectu: nec non frequenti Pulsu ac debili mani?

manibusque superius pene frigidis. Quorum symptomatum, cum nulla Causa, sive ad Infantem, sive placentam, habita ratione, apparetur: à quodam Febrili Calore, ejus spiritus exhalante, & simili frangente Vasorum vim retinendi, pendere videbanunt, Febremque Militarem, latentem monstrare. Sequentia itaque praescripti.

R. Puto. è Chel. Cancer. comp. 3ij, Castor. gr. iv. Syr. Paralys. q. f. Ms. f. Bals in Cochl. i. Julapii perlatis communis sumendum superbib. Cochl. iv. vel v. Id scilicet mihi metuens ipsi proposuit, ut facta per Diaphoresin secretionem mediocri, moderer Uterinam. Nam ut Sanguinis Fermentatio aut Motus violenior secretionem minuit: ita & altera Evacuatio alteram. Quem duplicum Aphoritum, ex multiplici mea observatione enatum, habeo. Neque adeo tutò vel Astringentia praescriptissim, vel Opiata. Dum ex nimio Lochiorum fluxu, hoc modo diminuo, forsitan & fluxus naturalis defectus sequeretur. Cujus rei effectus quantum metuendi sunt, tam Medici quam Obstetrices bene norunt.

Mæque in hac re conjecturæ, sumptu Medicamentu operatio dedit Suffragium. Nam Boli usum, ut spirituum antea depresso elevatio, ita & Lochiorum diminuio secuta est.

Dhinc, etiam si prænoverim, Febrem suam naturam brevi patet, tamen Patientis Amici studere me lucro putarent, de illa tacens, consului, ut in usu Boli mane & vesperi persistet, in Lecto maneret, seque ab omnium confortio averteret. Ut tranquilli esset Animi, pro Cibo sorberet Pulli Gallinacei Brodium, nec non Decoctionum Avenarum exorticatarum Vinorum; & pro potu ordinario, possetum Salvianum; addendo sanguis haustibus cornu Cervi guttas aliquot, si Diaphoresis remissio congerit; & in languoribus Salis Vol. Oleosi similiter. Hoc facto, Patienti in aliquot dies valledixi.

Deinde redeundi mihi narratum est ab adstantibus, mea mandata diligenter illam obseruasse, & mediocri usum fuisse valitudine; Vaporibus foliis (ut locu*s*i sunt) exceptis. Spirituum enim defectum. Pectusque oppreßum paſſa est, cum Vigilis, & Animi perturbationem ex obrepiente somno. Calore enim & Frigore alternis vicibus, sed inæqualibus intervallis & præcipue in sudoris intermissione recurrentibus, affecta est. E quibus Symptomatis adhuc certius prævidi, Pustulas Miliates, se tandem exhibutas.

Hujusmodi fere statum Febris retinuit usque ad diem Augusti undecimum. Ubi à prandio vocatus sum ad illam, Syncope ex improviso correptam: quamque brevi morituram Amici tellimarunt. Cum illi adsim, è Lecto surrexisse intellexi, & deinde statim in Syncopen incidisse: Nec ab eis evasisse, donec in Lectum redierit. Ego vero Pustulas Miliates editas fuisse subolens, & irruente frigore retrocessisse; eas equidem in denudato pectori deprehendi, sed intersurgendum depressas.

In hoc casu non ad vehementer calida censu configiendum. Ne, nimis Sanguinis accelerando motum, Pustularum uberiorem proventum magisque aspectabilem impedirem. Verum istiusmodi potius elegi Medicamenta, que, cum mitiora sint, foecilius excitarent Diaphoresin; &, emittendo Pustulas, depresso Spiritus elevarent. Sequentem itaque in modum præscripti.

R. Cons. Aceto. 3ij; Bzoar. Orien. Croci an. 3ib, Syr. Paralys. q. f. Ms. f. Bals sumendum & Cocht. i, Julapii sequentia superbib. haustum ejusdem.

R. Aq. Cerat. nigr. 3z, Angel. comp. 3ib, Sacch. perlati g. f. Ms. f. Julap. de quo sumat baſtulum ut surra, & in languoribus. Repetante Bolum sexta quaque hora.

R. Sals Vol. Oleos. 3ib, sumat gutt. xx cum potu o dinneri baſtulo aliquoies in die. Et subpedalis Emplastrum applicetur.

Die 12mo multò melius se habuit. Spiritus enim nec addepresso sunt, neque perturbati; Pustulaeque magis conferunt, & expandunt, magisque extumuerunt. Unde eas ex frigore retrocessisse patet. Alias enim tantum progressum, tamque subitaneum fecisse, minime existimandum est. Iussi itaque ut in usu Boli & Julapii persistet, sumeretque in languoribus Aq. Theriacal. tenuioris Cochl. ij.

Die 13to cum quaque viderim laudabilia, ne sepe visitando tedium Patienti affrem createmque sumendorum odium, sequentia, usque ad diem decimum septimum, continuandam iussi.

R. Puto. è Chel. Cancer. comp. 3ij, Castor. gr. iv, Syr. Paralys. q. f. Ms. f. Bals sexta quaque hora sumendum cum julapii perlati baſtulo.

R. Castor. gr. vij, Asa fatid. g. xij Syr. Paralys. q. f. Ms. f. pilula no. vij, sumat ij, in Intervalis, ad fluxum Lochiorum continuandum.

Die 17mo pustulis iam exsiccatis, patiens usquequa recte se habuit. Excepto quodammodo frigido madore, per intervalla, recurrente. Cui ut occurserem, prævideremque ne quid mali à pustulis jam deletis accideret; iussi, ut in usu Boli dies decem persistet. Et si è lecto surgendo defici Spiritus sentiret; statim in eundem rediret, Bolumque præscriptum sumeret. Quibus obtemperando præceptis, perfecte convalescit.

#### Historia Febru Miliaris, cum Delirio maxime furioso.

**M**AII 24io 1699, evocatus sum ad D. Popell, in platea Basinghill-street vulgo dicta, Ancillam; cui D. Dalton erat pharmaceutus.

Hæc primò Capitis Dolore, & Frigore Caloreque alternis, sed mitioribus. Rure affecta fuit: Una cum magno Spirituum defectu, & pectoris oppressione suspitia cogente. Quæ Symptomata, à mensibus obstructis & exinde Vaporibus (ut vulgo loquuntur) provenire, Domestici putantur.

Cum autem in dies ingravescerent, primo meæ visitationis prædicto die, illam pulsus frequenti ac debili maximoque languore videtur laborantem. Adeoque vehementer delirabat, ut penitus nesciverit responsa dare & vociferaturque, etiam in Vicinorum Moles-tiam. Unde & judicavi, hanc Febrem forte Miliarem. Sed ex omisso haec tenus debito

regimiae; materiam pustulis generandis aptam, partim inhærente Sanguini, & ex parte Nervis impelli.

Præscripsi itaque Enema, ex Decoct. communis pro Clyst. 3vij. Mellis Mercur. 3vij. Sacchar. rubr. q. s. injiciendum quamprinam. Vesicatoria etiam Carpis applicanda, &, ab Enematis finita operatione, Bolum sequentem sexta quaque hora sumendum.

R. Conf. Acetos. 3b, Pulv. è Chel. Canceror. comp. 3j. Croci gr. iv. Sem. peon. gr. vj. Syr. Atripl. q. s. Ms. f. Bolus in Cochli. j. Julap. sequentis sumendus superbib. Cochli. iv.

R. Aq. Ceras. nigr. 3vij. Aq. peon. comp. Syr. Atripl. an. 3j. Ms. f. Julapium.

Ad deobitruendos Menses pilulas sequentes præscripsi.

R. Aja satid. gr. x. Castor. gr. v. Syr. Atripl. q. s. Ms. f. pilul. vj. copiat ij, sexta quaque hora Bolorum usui interposita.

Et in Eurem, si infomnis fuerit, ut addatur Bolo circa horam quartam matutinam sumendo, Laud. Lond. gr. j.

Die 25to pulsus ei, ut antea, frequens ac debilis, perlitique vociferari. Non autem continuo deliravit. Bolum itaque cum Laudano Amici omiserunt, prōinde & ipse Bolum sine Laudano, cum Julapio & pilulis, continuandum præscripsi.

Vespere paulo melior erat Morbi facies ac manutino tempore. Cœperunt enim sudores jam effluere, pauculaque in pectore pustulæ Miliareæ pullulare. Alvis tamen, Enematis antea præscripti vim eludens, adhuc valde stricta fuit. Quamobrem & aliud iussi injiciendum.

R. Decoct. commun. pro Clyst. 3vij. Elec. Lenit. 3j. Conf. Hamech. 3b. Sacch. rubri q. j. Ms. f. Enema.

Et ab Enematis operatione finita, ut sumeretur Bolum sequens.

R. Conf. Acetos. 3b, pulv. Chel. Cancer. comp. 3j. Syr. Melisse q. s. Ms. f. Bolus quinta quaque hora sumendus.

His addidi Mucilaginem ex Semin. Cydon. & Psyllii Decocto Hordei extractam, & Syr. è Rubo Ideo edulcoratam; sumendam cohercatim, sensimque deglutendam.

Die 26to ab astantibus intellexi, somni paululum obrepisse patienti post Enema rejectum, tamquam noctem continua Diaphoresis. Plures etiam jam extitere Pustulæ, & suspisia fuerunt rariora. Præscripsi itaque Bolum repetendum.

Vesperi mihi narratum est, Ægrotam omnia Symptomata de novo passam fuisse: Et in vehementer suo Furore se adeo in lecto jactasse, ut inde sudores subsisterent. Quos ut restituerem, Spirituumque turbulentiam pacificarem, Camphoræ usum, (in simili casu sc̄epe à me expertum) cum Emulsione sequente consului.

R. Sem. Papav. albi 3j. Amygd. dulc. excort. n° xv. Contund. cum decoct. Hord. q. s. affundendo deinde ejusdem Decocti 1/2ij. Edulcoretur Colatura Saccharo albo pro potu ordinario.

Iussi etiam ut Julapium repeteret, & Bolum cum laudano die sequente mane.

Die 27mo dictum est, Patientem à sumpto Laudano vix quicquam dormire potuisse. Ex usu autem Camphoræ totam noctem perlit Diaphoresis; Pustulæque plures extitere. Iussi itaque Bolum sine Laudano continuandum.

Die 28vo eadem Pustulæ Miliareæ vise sunt incredibili confitari numero. Quæ attamen haud usque adeo proficerunt, quin Delirium vociferansque Furor recurrerent. Cum itaque Antimon. Diaphoretici vim, tam ad Pustulas expellendas, quam ad compescendum Delirium, sèpè expertus sim, sequentia præscripsi.

R. Antimon. Diaphor. Pulv. è Chel. Cancer. comp. an. 3b. Ms. sumantur ter die è Cochli. j. Julap. sequentis, superbib. Cochli. v.

R. Aq. Ceras. nigr. 3vij. Meliss. 3vij. Epidem. 3j. Syr. Melissa 3j. Ms. f. Julap.

Et ad calorem internum ac situm, linguamque sordidam ac siccām, præscripsi Decocti Hord. 1/2j. Syr. Viol. 3vij. edulcoratas pro potu ordinario.

Die 29no post noctem multò quietiorem quam antea, Pustulæ fiunt adhuc ampliores. Unde & Vociferatio & Delirium accepere temperamentum. Lingua tamen manusque arefictæ sunt. Præscripsi itaque ut Bolo addatur Lap. Prun. 3b; ut bibat singulis Diebus Apozematis 1b. j. & ut Empl. Vesicat. Tibiis applicantur.

Die 30mo omnia Symptomata optabilia sunt. Quare ut perfisteret in novissime præscriptorum usu ad Junii 12. consului. Tandem, circa Junii 16. præscripsi Pil. Tart. Q. 3j. secunda vel tertia quaque nocte sumend. ad sextam vicem. Quibus sumptis, perf. etc., & præter omnium Domesticorum & Visitantium expectationem, convaluit.

#### Historia Febris Miliaris cum lesa memoria.

A Prilis 4to 1701, vocatus sum ad D. Buller in Newington-Burts, cui ut Pharmacopœus inserviebat D. Hunter.

Ille, dum iter ad Londonum confecit, maximo Dorſi dolore, cum Ventriculi ægritudine, Vomitione & Dysuria, correptus est. Quæ Symptomata sibi visa sunt simpliciter Nephritica. Et Medicamenta quædam huc referentia iuſtra ſumpſit. Prædicto die ad eum accessi. Et quoniam Antecedentia narrando, ſpirituū defectum & ſuspicio tacuerat, ſequentem præscripsi Haſtum Emeticum.

R. Salis Vitrioli Vomitivi 3ij Divide in Doses sex. Samantur ſingula ex Aq. Jugland. comp. Cochli. j. superbibendo haſtum poſſeti fol. Card. bened. alterati. Et Vomitione finita, ut ſumeret Pil. Stomach. cum Gum. 3ij. ad Humorū & Vomitorii eliminandas reliquias, & ad mundificandas vias Urinarias, ut die ſequente mane bibat Aqua Sterbaniens. 1/2ij.

Die 5to cefabant Vomito & Ægritudo, libereque tam per Urinam, quam per ſedem, aqua Catartica effluxit. Dorſi tamen perlit Dolor; etiamſi mitiori gradu. Caloreque ac Frigore, vicibus alternis, ſed inæqualibus, captus est. Pulsus etiam illi erat frequens ac debilis. Spirituumque penuria, & Pectoris oppressione ſuspicio provocante, vexabatur. Unde conjecturam feci, hanc Febrē Miliarem eſſe futuram,

Febris

M E D I C O - P R A C T I C A E Lib. VI.

597

ram, & sequentia praescripti.

R. Lact. Guenf. Pulv. de gutt. an. 3*b*. M*s*. f.  
Pulvis & Julapi perlati haustulo scata quaque hora  
sumendas.

Die 6*o* Languor & suspiria leviora sunt. Cum  
vero Dorsi dolor potius ingravesceret; prae-  
ter Pulverem antea praescriptum, monui En-  
ema ex Decotto communis & Melle Mercuriali  
injiciendum. Eoque rejecto, ut Pulv. & Chel.  
Cancr. comp. 3*j*. ex Haustu sequente sume-  
ret.

R. Aq. Lact. alex. 3*j*. Epidem. Syr. de Me-  
conio. Ol. Amygd. dulc. an. 3*b*. M*s*. f. Haus-  
tus. Demumque, ut pareatur Admialago ad emolli-  
endum linguam.

Die 7*o* Dolor sit mitior; spiritus autem  
perturbati sunt & depresso: forsitan ex sumpto  
Syrupo ex Meconio nocte precedente. Prae-  
scripti itaque Emplasta Vesicatoria quamprimum  
Brachis internis applicanda. Et ad  
continuandum Sudorem Haultum sequentem.

R. Aq. Lact. alex. 3*j*. Epidem. 3*b*. Lap. Go-  
enf. Pulv. de gutt. an. 3*j*. M*s*.

Et spirituum deficitu urgente, ut Haultum Ju-  
lapii perlati, & Aq. Theriacal. Cochl. j. aut i*j*. vi-  
cibus alternis sumeret. Et ad linguam manusque  
jam paulisper trementes, ut cum Haustu potius  
ordinaria spiritus Lavend. comp. gutt. xx. capiat  
aliquoties in die.

Die 8*o* Pustulae Miliares in conspectum ve-  
nere. Ideoque multo lenior factus est Dorsi  
dolor; spiritusque minus defecerunt, neque  
adeo sunt perturbati. Jussi itaque ut sumeret al-  
ternis vicibus Haultum ulcum praescriptum, &  
Bolum sequentem;

R. Bezoar. Orient. Croci an. 3*b*. Syr. Paralis. q.  
f. M*s*. f. Bolum.

Hic addidi Apozema ex Aq. Hordeatae  
3*j*, & Syr. Viol. 3*j*. Ut & Medicamen-  
tis & Pustularum materiae expellendae sit vehi-  
culum. Nec non ad Renes Viasque Urina-  
rias ablendas, Alvumque plerunque strictio-  
rem, leviter relaxandam. Et Apozematis hau-  
tui Aq. Theriacalis aliquot Cochlearia minu-  
cula sua addenda.

Die 9*o* auctus erat Tremor, nec sine qui-  
busdam indicis levioris Delirii. In quantum  
xamen Pustulae, adhuc plures majoresque ex-  
isterunt, spiritusque fuerunt minus depresso,  
jussi, ut in omnium antea praescriptorum usu  
perficeret.

Die 10*o* symptomata, die praeeunte mala,  
emendantur. Verum jam orta Tussis levicula  
molestem patienti attulit. Ideoque ne materiae  
morbificae reliquiae pulmonibus post pustulas  
desiccatas irruerent; sequentem Linctum praes-  
cripsi.

R. Ol. Amygd. dulc. 3*j*. Syr. Heder. terr.  
Capill. Vener. an. 3*j*. Sacch. albiss. q. f. M*s*. f.  
Lindus.

Et ut loco Apozematis antea praescripti  
bibat sequentem Pustulanam instar potus ordina-  
tum.

R. Decocc. pectoral. depurat. Aq. Lact. alex. an.  
3*b*. M*s*.

Et ut sumat sequentis mixturæ gutt. xx. cum  
haustu Pustulanæ in languoribus.

R. Tint. Castor. 3*j*. Salis Vol. Oleos. 3*b*,  
M*s*. Demumque ut in usu Haustus & Bolorum per-  
sistaret.

Die 11*o* cum omnia pene eadem ac in die

praecedente viderim, jussi ultimò praescripta con-  
tinuanda.

Die 12*o* ex noctis praecedentis vigiliis  
quodammodo perturbabantur spiritus: sed mi-  
nime defecerunt. Quoad reliqua, mediocri-  
ter etiam se æger habuit; Pustulaeque in de-  
siccationem inclinantur. Ne tamen Morbi reli-  
quiae in sanguinem Nervosque transferrentur;  
Vesicatorium inter Scapulas praescripti applican-  
dum, usumque Bolorum & Julapi perlati re-  
petendum.

Die 13*o* à Febre liberatur; excepta qua-  
dam spirituum perturbatione levicula. Ad  
quam Enema repetendum jussi; Bolumque  
cum Julapio mane & vesperi, & in languori-  
bus sumendum. Ne Medicamentorum usui nimis  
subito defueret.

Die 14*o* ex Pilularum quartundam Ca-  
tharticarum usu sensit se Capite multum leva-  
ri. Deinceps, etiam pulmones præcautione  
antea memorata evasere salvi, ex Morbi ta-  
men reliquias versus exteriora propulsis, Apof-  
tema fuit genitum: quod sub cura D. Hunter  
brevi sanatum est.

Ex hac Febre licet ægroti Memoria læsa  
fuit maxime, exquisitæ tamen Dæme usu,  
post bimestre spatum, perfecte redintegrata  
est.

N. B. Symptoma in Febre Miliari primò  
sensibile partem antea affectam fere semper  
occupare; ut in casu jam supra descripto  
conutiguit.

Historia Febris Miliaris ex sumpta  
Emulione Lethalis.

Die 10*o* Sept. 1700, vocatus sum ad  
Viri admodum Honorab. D. Trevor Au-  
rigæ uxorem, in Candelariorum Societatis Æ-  
dibus habitantem, & iam puerperam; cuique  
pharmacopeus erat D. Hunter.

Tertio à paru die, febrili Horrore,  
Caloreque succedente, Febris Lactea simili,  
correpta est. In maximum etiam languorem,  
pectorisque oppressionem cum suspitione inci-  
dit, & insomnis diem noctemque transe-  
git. Quæ Symptomata, cum mete Hysteri-  
ca vulgo putarentur; ægrotæ hæc Hysteri-  
ca etiam Medicamenta, sed frustra tumfis.  
Quamobrem à Digniss. viro D. Thoma Lane  
Equite Aurato, cui Patientis maritus olim  
inservierat, visitare illam exortatus sum. Quam  
cum primò adiverim, Pulsu frequenti ac de-  
bili, perturbatis spiritibus, oppreso Pectore,  
suspitione Caloreque interno, laborantem vidi.  
Et licet Urina ejus esset sanorum similis; Palmæ  
tamen caluere. Quæ omnia, ut Febris Milia-  
ris mihi visa sunt indicia; ita & quædam  
Pustulae, in illius deinde denudato pectore  
conspicue, hanc meam conjecturam compro-  
barunt. Praescripti itaque secundum meam u-  
sitatam Methodum Pulverem sequentem, sexta  
queque hora sumendum.

R. Pulv. & Chel. Cancr. comp. 3*j*. Croci. 3*b*,  
M*s*. f. Pustulis.

Die 11*o* Pustulae Miliares mirum in  
modum constipabantur. Unde & nox patien-  
ti

ti transit placidissime: Spiritumque perturbatio, & suspiria fuere medioctia. Praescripti itaque ut in pulveris & Julapii usu triduum persistet, sumeretur in languoribus Spir. C. C. guttas aliquot in portu ordinario.

Die 14to pustularum Eruptio fuit adhuc magis conspicua; languore & oppressione pectoris jam devictis. Nam praeter calorem internum vix quicquam mali sensit. Forsan autem persistit iste Calor, quod Ägrotia diluentia, vel nondum, vel non satis potavisset. Ideoque Lactis Aquam alexiteriam instar potus ordinarii bibendam praescripti. Et u. sumat Aquæ Theriacalis aliquot Cochlearia in haustu ejusdem: ad servandum inter potum & medicamenta æquilibrium. Praecipue, si vel languor & oppressio recurrerent, vel remitteretur Diaphoresis. Demum, ut Vesicatoria Brachiis internis applicarentur. Tam ad pustulas foelicias amplandas, quam ad malas quæcunque Accidentia avettenda.

Diebus 15to & 16to cum eadem esset Morbi fac es, ultimò praescripta censui repetenda.

Die 17mo ex usu Aq. Lactis intermissio incidit Ägrotia in levem Dysuriam. Statim itaque D. Hunter pharmacopœus, eoque absente alter accessitus est. Qui dum solummodo Dysuriam præ oculis haberet, Emulsionis libram bibendum misit. A cuius usa statim substitutis Diaphoresis, maximaque oppressione & Dyspnœa prehensa fuit. Tandem & me vocarunt. Sed antequam illam adiverim, de ea conclamatum est, & brevi obiit.

Ex Historia jam supra descripta patet, quam maximum periculum in hac Febre ab errore, etiam minimo, pendere potest.

*Historia Febris Miliaris, cum Uleere,  
Calculoque Renum.*

Ebr. 27mo 1707, vocatus sum ad D. Cout, in Vico Mark lane vulgo dicto, jam pueroram; cui D. Hunter ut pharmacopœus ministrait.

Annos aliquot sinistri Lateris dolorem sustinuerat. Quem à Splene genitum plerique ob id aestimauit, quod prope partem Lienis anticam latus occupare videretur: cum sinistri Renis antica pars esset revera affecta.

Ex Morbo Nephritico totum Ägrotæ genus Nervosum imbecillitatem aliaque vitia contraxerat. In ptyalismum frequenter incidere solebat. Et per bimestre spatium ante partum passa est internum Calorem. Qui, [ut antea monui] saepe & praecipue in Gravidis paulo ante partum Febre Miliarem precedit. Tandem, sine obstetricis ope, foetum enixa est.

Post dies aliquot dolorem primò sensit in sinistro Latere, deinde in dextro cum horrore. Postea calore & frigore alternis, sed inæqualibus intervallis, vexabatur.

Die quo illam primò visitavi, Pulsus ei erat frequens ac debilis; lingua subalba & humida, fere sanorum similis: quemadmodum & Urina, sed sine sedimento. Calor & Frigus irregulares habuere vices. In dorso manus calor erat medioris, cum palmae fervescerent. Ut ab illa dormitura avolavit somnus; ita & Spiritus ejus

tumultuaria quadam perturbatione commoti sunt. His etiam sonitus Aurium, palpitatio cordis, Dyspnœa irregulariter repetita, maximaque oppressio cum suspiriis, accessere. Nonnunquam item tremere manus: Et à ptyalismo omnino suppresso, Lochisque parce effluentibus tum deliravit, tum motibus convulsivis levioribus corrupta fuit. A quibus Symptomatis, Febrē hanc esse censui Miliarem. Et praecipue à Spiritum defecitu, & pectoris oppressione cum suspiriis, mihi hujus Febris signis Pathognomonicis. Et à Dyspnœa, Tremore, & Debilitate, Febrē præcedentibus, periculosam esse intellexi.

Duplicem itaque præ oculis habui indicacionem. Scilicet, excitare Diaphoresin, & ad Symptomata sigillatim respicere.

Ut priori sati sacerem; & ad Lochia restituenda, Dyspnœamque levandam, Bolum sequentem praescripti.

R. Pulv. e Chel. Cancer. comp. Sperm. Ceti an. 3j, Castor. gr. iv, Syr. è Mecon. q. s. Ms. f. Bolus cum Julapii sequentis haustu sexta quaque hora sumendum.

R. Aq. Ceras. nigr. 3x, Bryon. comp. 3ib, Sacch. albif. q. s. Ms. f. Julapium, de quo sumat haustum ut supra, & in languoribus.

Porro ad Dyspnœam materiamque morbificam minuendum, & caput defendendum, Vesicatorium Nuchæ applicandum jussi.

Ad renovandum autem ptyalismum, Sanguinemque diluendum, eoque modo pustularum egressum promovendum, & ne Dysuria ex Empl. Vesicatorio contingat, sequens Apozema praescripti.

R. Decociti Peitor. 1bjs, Aq. Paon. comp. 3jb, Syr. de Altib. Iujubin. en. 3j. Ms. f. Apozema, de quo sumas haustum frequenter.

Et ad promovendam Diaphoresim, ut Sp. corn. C. gutt. xx. haustui Apozematis adderentur.

Deinde ad Lateris dolorem leniendum, Haustum sequentem, cum pulv. è chel. cancror. comp. 3j, sumendum praescripti.

R. Ag. Meliss. 3ij, Bryon. comp. Syr. de Mecon. Ol. Amygd. dulc. an. 3b, Ms. f. Haustus.

Et quod melius restitueretur ptyalismus, quoddam Gargarisma, à paciente antea probatum permisi usurpandum.

Ad haec omni loquacitate & Vigilantium turbâ Ägrotæ interdixi. Ut si insomnis fuerit, saltem tranquillitate frueretur. Suasi etiam, ut possetum salviatum & calidulum assatim bibat, ad calorem internum minuendum, meliusque producendam diaphoresin.

Die 28vo dolor Lateris multò fuit remissior & jam quiete jacuit, etiamsi nox sine somno praeteriisset. Caput etiam pacatus, & Respiratio facilior. Pulsus tamen frequens adhuc & debilis; at cum motu magis æquabili. Quin & palpitatio cordis, Tremorque persistere, & convulsivorum Motum quædam specimina. Lenes tamen jam orta fuit & universalis Diaphoresis. Calor item externus magis regularis, & in manu ubique sui similis. Lingua & Urina eadem ac die præcedente. Et quamvis peitus adhuc fuerit oppressum, spiritusque defecerint; rariora tamen trahebat suspiria. Quibus omnibus perpensis sequentia praescripti.

R. Pulv. e Chel. Cancer. comp. 3j, Croci. Pulv. de gutt. an. 3b, Syr. Paon. comp. q. s. Ms. f.

*Mj. f. Bolus circa tertiam pomeridianam sumendum, & deinceps sexta quaque hora, cum Julapii sequentis haustulo.*

*R. Aq. Ceras. nigr. 3x. Paon. comp. 3ij. Sacch. albiss. q. f. Mj. f. Julap.*

Et ut Apozema antea præscriptum continuatur.

Cum vero cubicularia me jam discessero submissiori voce fuisset allocuta, contigit ut Ægrotta putaret illam dixisse se brevi fore maniacam. Quod ei adeo perturbavit animum, ut paulo post in delirium ( à quo ex primo meo præscripto huc usque immunis fuerat ) de novo incidit. Pharmacopeus itaque missus est indicare mihi, quod Dominus Cœsus gratum foret, si Medicum, jam à multis annis sibi usque ordinarium, meis associarem consiliis: ut si forsitan alio fuerim auctoratus, ille in promptu esset.

Vesperi convenimus. Et statim à consultatione inita, iste Medicus, primariam indicationem pro continuanda Diaphoresi flocci faciens, Medicamentis valde calorificis opus esse urget. Quibus à me rejectis, sequentia præscriptum.

*R. Lapid. Goens. 2ß, Oculor. Cancer. pp. 3j, Croci. gr. v. Caſtor. gr. iv, Syr. Paon. comp. q. f. Mj. f. Bolus hora nona sumendus in Cochl. 1, Julapii sequentis superbib. Cochl. v.*

*R. Aq. Meliss. 3vj, Puleg. Bryon. comp. an. 3ij. Ocul. Cancer. pp. Marg. pp. an. 3ij, Sacchar. albiss. q. f. Mj. Julapum.*

Et ut applicentur Emplastra Epispastica super carpis.

Martii 1° nobis narratum est, patientem, nocte precedente insomnem fuisse; & jam inquietudine, calore, & delirio laborare vidimus: Medicamentum enim Sudorificum, Diluensque omissa fuere. Propositi itaque Antimonii Diaphoretici usum; Medicamenti, scilicet ad pustulas Miliares emittendas, nec non ad levandum delirium, à me saepissime probati. Ille vero, postquam diu renixus est, tandem mihi assensit; convenienter inter nos sequentia præscribere.

*R. Antimon. Diaphor. 3j, Lap. Goens. gr. xij, Cistorei grana aliquot, Syr. Crysophil. q. f. Mj. f. Bolus sexta quaque hora sumendus, cum Julapio antea præscripto.*

Et ut Emplastra subpedalia applicarentur.

Die 2do involuntariè quidem Urna extillaverat; sed id à Vesicatoriis, ut videbatur. Domini enim delirii loco sana mens rediit. Respiratio etiam erat facilior; Motusque Convulsivi vix quicquam sensibiles. Vidimusque pustulam quandam rubram super inspecto collo. Quod alter Medicus, hanc Febrem haud esse Milarem, arguere contendit. Quem errorem postquam illi ex aliis Symptomatis patesceret; concordi animo eadem quæ ultimò præscripta sunt, continuari jussimus.

Die 3io in denudato pectore Pustulas Miliares absque ullis alterius generis conspeximus. Unde & quæque lenita sunt Symptomata. Quavis enim per noctem pene insomnis fuisse, ex leni tamen Diaphoresi, quietudine, animique tranquilitate, & respiratione faciliter fruebatur.

Nihilominus ille idem Medicus, eorum loco,

quorum usu finem desideratum obtinuimus, calida Medicamenta, ad Spiritus, ut siebat, exaltandos, usurpari voluit. Ego vero, post longam discepctionem, cum afferre minime auctus sim, ipsum, ut per se faceret experimentum, permisi. Interim Pharmacopœum Cubicularium que monui, ut horum Calidorum effectum accuratissime notarent. Ille vero sequentia præscriptis.

*R. Conf. Alcherm. sine odor. 3ß, Pulv. è chel. cancer. comp. Lapid. contray. an. gr. xij, Salis Succin. gr. v, cassor. gr. iiij. Sir. e cert. cur. g. f. Mj. f. Bolus sumendus quinta quaque hora, superbib. Julap. seq. cochl. iv.*

*R. Aq. Meliss. Last. alex. an. 3iv, Scordis comp. 3ij, Bryon. comp. 3ij. Marg. pp. 3.v, Sacch. albiss. q. f. Mj. f. Julapum, sumendum ut supra præscriptum est, & pro libitu in languori- bim.*

Die 4to nobis narratum est, Ægrotæ noctem valde inquietè transiisse. Ita ut pœ anxia quadam ægritudine sudores calidi per totum corpus ei effusi sint, & ( ut asseveravit pedissequa ) linea mordere cogeretur. Ad hæc, maximæ oppressione & Dyspnœa, moribusque convulsivis magnis & frequenter repetitis afflita fuit. Quæ omnia Pulsus frequentissimus & Vermicularis comitabatur.

Forsitan prædicta dosis, quoad quantitatem, non adeo calorifica videatur. Cum tamen brevioribus intervallis, & ab Ægrotæ jam & antehac ad febrilem effervescentiam proclivi, fumeretur; & ubi Ren suo proprio Morbo fuit effectus: minor dosis, instar majoris valere potuit.

Cæterum ille alter Medicus, cum ad consultandum secesserimus, à me quaesivit, quid esset tandem facendum? Ego vero respondere haud dubitavi, locum consultandi dari nullum, nec quidem sperandi. Ille vero à sudoribus salutem promisit. E contra, eos ex Agonia & Morbi Veneno esse mere colliquativos, admonui. Demum, post quædam alia hic illic objecti, sequentia præscripta sunt.

Applicentur Empl. Vesicat. ampla & acria Femoribus internis: Et repetantur subpedalia.

*R. Bezoar. Orient. 3j, Antimon. Diaphores. gr. xij, Conf. Alcherm. sine odor. 3j, Syr. Crysoph. q. f. Mj. f. Bolus quemprimum sumendus, sui perib. Julapio ultimò præscripti Cochl. iv.*

*R. Tinct. Caſtor. 3ij, Capiat gutt. xvij, in haustu potus ordinarii.*

*R. Decocc. albi. 3ij, Aq. Cinam. bord. 3iv, Sacchar. albi q. f. Mj. pro potu ordi- nario. Sed, antequam parata erant Medicamen- ta, Ægrotæ hæc mortua est.*

In diffecto Cadavere, Intestina, ut saepe solent, flatibus valde distensa vidimus; & illorum vasa capillaria Sanguinem referta. Majora vero, & præcipue in peritonei interna superficie, flagrante Sanguine, quasi nigrantia, Gangrenæ similitudinem pœ se ferebant; scilicet, circa dextrum Larus, ubi nuper Ægra de dolore maxime querebatur. Nam antea Larus præcipue sinistrum ei doluit. Ideoque sinistri Renis Parenchyma conspeximus absumpsum, Tunicaque purè plena, & Calculo magno, cum quibusdam parvulis infima & antica parte positus. Ren dexter

dexter videbatur ferè sanus; & similiter Hepar, atque Uterus. Vesica verò Fellea Bile fluvilina, & subflavis Lapillis distenta erat.

Ex his patet, dolorem diuturnum, in recensione Symptomatum memoratum, à sinistri Reñis Calculo; Hecticam autem Intemperiem, ab Ulcere, & forsan à Vesicae Fellea Lapillis, Bilis exitum præcludentibus, pendere: Doloremque recentem in Regione dextra à stagnante Sanguine. Qualem Dolorem, hoc est Recentem, in aliis etiam Cadaveribus Sanguinis stagnationi conjunctum semper, compen-  
ti.

---

*Historia Variolarum cum Pustulis  
Miliaribus.*

Ulrii 15. 1705. vocatus ad Dominam *Bik*, D. *Bek* Mercatoris celebris Uxorem; quem temporis, apud *Hampsteadum* commorata est; cuique D. *Servood* erat Pharmacopœus. Hæc, cum antea perfecta valetudine usq[ue] fuisset; 130 die Julii, dolore dorso vehementi, cum oppressione pectoris, atque altis suspiriis, Spirituumque defectu, correpta est. Ex quibus Symptomatis, Febris Miliaris signis Pathognomonicis, novi hanc esse hujus generis, Pustulasque Miliares se brevi exhibutas prædicti. Et de expectandis Variolis feci etiam conjecturam: Eò magis probabilem, quod tam temporis longe lateque graſſabantur. Consului itaque illam ad Visitationes facilitandas, in *Londinum* deferri. Et ut tutius suum iter perficeret, *Palverem ex Bezoar. Orient. & Pulv. è Chel. Cancer. comp. an. 3j*, sumendum præscripti.

Die 16to Variolæ cum Pustulis Miliaribus interjectis emicuere. Præscripti itaque Pulv. è Chel. Cancer. comp. 3j, cum Julapi perlati communis haustulo, sexta quaque hora sumendum. Ad præveniendam Diarrhæam Dyspnoeamque, tum decoctum album, tum pectorale, alternis viciis bibenda. Quibus etiam provisum est, ne Pustularum Miliarium Variolarumque materiæ emittendæ desit vehiculum: & ut melius linguae viscositas inhiberi possit. Præscripti etiam Astringens Gargarisma; ut ejus iusu Variolas de Fauciibus repellerem.

Die 17. Pustule Miliaries & Variolæ numerosius extabant. Capite, Gutture, Thorace, Ventriculo, Ægra bene se habebat. Oppressio etiam, & defectus Spirituum fuere mitiores. Tantum insomnis erat, ut Febre Miliaris corræpti solent. Suas itaque ut in omnium die præcedente præscriptorum usu persisteret.

Vespere paulum delirabat. Non à Pustularum Miliarum aut Variolarum paucitate, satis enim erant numerosæ; sed ex perpetuis vigi-

lis. Ad quam Confectionem Fracastorii, in hac Febre vel Laudano vel Diaconio ponorem, in sequente Haustu præscripti:

R. Aq. Ceras. nigr. 3ij, Epid. 3ij, Conf. Fracast. 3j, Ms. f. Haustus persistente Delirio sumendum.

Die 18vo à nocturno somno delirium pacatum fuit. Ægrotæ autem Embrionis recenter concepti Abortum, verū absque ullo malo Symptomate, passa est. Jussi itaque ut in usu ante præscriptorum persisteret. Addendo Pulv. è Chel. Cancer. comp. singulis scrupulis Margarit. pp. gr. viij. quod certius & à Diarrhæa & à nimio Lochiorum fluxu præcave-rem.

Vespere Variolæ satis erant conspicuae. Ægrotæ tamen summa Pectoris oppressione, Spirituumque defectu laborabat cum suspiriis. Quæ Symptomata, cum lenem & continuam Diaphoresin indicaverint, præscripti Pulv. è Chel. Cancer. comp. usum sine Margaritis, & cum Julapio seq.

R. Aq. Meliss. 3vij, Paon. comp. 3j, Syr. Caryophil. 3j. Ms. f. Julap.

Suas etiam ut persisteret in usu Apozematis Pectoralis; addendo singulis Haustibus Spir. C. C. gutt. xx. Tum ad levanda ex oppressione suspiriis, tum ad continuandam uberiorem Diaphoresin. Ubi enim per se extant Variolæ, Spiritusque elevari possunt sine Diaphoresi; sale Volatili Oleoso potius quam Spiritu C. Cervi utor.

Die 19no Facies atque Artus paulisper tristruere. Variolæ autem pleræque exsiccae, & colore quasi corneæ videbantur. Oppressio etiam magna erat & suspiriis conjuncta; sed sine Spirituum defectu. Habita itaque ratione ad Partium & Variolarum Tumorem, & Pustularum Miliarium eruptionem, Julspium seq. præscripti.

R. Aq. Ceras. nigr. 3x, Paon. comp. 3j. Conf. Fracast. 3j, Spec. Conf. de Hyacinth. sine odorat. 3ij, Syr. è Mecon. & è Cort. Citr. an. 3j, Ms. f. Jul-p, de quo sumat Cochlear. iv, tertia quaque hora. Eo fine, ut ex dosibus, brevioribus intervallis sumptis, Ægra perpetua quietudine in lecto jaceret. Eoque modo à Frigore externo, eti non semper Variolarum, Vesicularum tamen Miliarium, eruptioni inimico, præcaveretur. Præscripti etiam ut, ad Tussim Dyspnoeamque saltem minuendas, in usu Apozematis pectoralis persisteret. Et cum Variolæ jam & in Collo & in toto Corpore plenè expulsæ fuerint, loco Astringentis Gargarismatis lenientem substitui.

Vespere quiete, sed pene insomnis, jacuerat. In vola Manuum, ubi Cutis valde crassa, Variolæ videbantur Vesicularæ sero limpido plenæ; in aliis partibus quasi exsiccae. Præscripti itaque ut in Apozematis pectoralis frequenti usu persisteret; scilicet, ad Materiam & Variolæ & Salivationi præbendam. Et ad majorem cautelam, ne aut Variolæ aut Pustulæ Miliaries versus interis

interiora remearent; haustui Apozematis, Aquæ Theriacal. Cochl. j. lappo addendum monui. Et ut Tumorem paruum promoverem, hora somni Haustum sequentem bibendum.

R. Aq. Paralys. ʒij, Theriacal. ʒij, Confectionis Fracastores. ʒij, Syr. de Mecon. ʒij, Ass. f. Haustum.

Die 20. omnia in eodem statu perdurerunt Symptomata. Jussi itaque ut in usu mixturae pacificæ ante præscriptæ quarta quoque hora perfisteret: Et in usu Apozematis, Julapii, & Gargarismatis.

Vespere, cum eadem videbatur Morbi facies, eadem quo prius præscripti continuanda. Et ut Julapii sequentis haustum sumeret in languoribus.

R. Aq. Menth. ʒx, Peon. comp. Epidim. an. ʒij, Syr. Peon. comp. q. s. Ms. f. Julapium.

Die 21. Aëgra ferè eadem ac antea. Id tantum jam querebatur, totum Corpus vehementer prurit. Præscripti itaque ut in usu omnium perfisteret: Præcipue, mixturae pacificæ, ne inquietudine ex pruritu pataret frigori, eoque pustulæ Miliarum recederent.

Vespere, cum in eodem statu fuisset ac matutino tempore, visum est omnia jubere coniunari. Ed potius, quod ex usu Apozematis pectoralis Gargarismatisque frequente omisso, Salivationem (ut in Variolis siccioribus & Corneis solet) sitti viderim. Hincque patet, cur multi, circa diem à Morbi principio undecimum moriuntur. Nam quod nimis parce diluendum attenuandumque sanguinem, & materiam in Salivationem præparandam biberent. Unde & oneri succumbit Natura, faecum subsidit Tumor, cum gravissimâ Dyspnœâ, quecumque expectorantis eludente; demumque ex Alvo semel aut bis soluta, vel mensius effluxo, subito mortem obeunt. Calida quoque Medicamenta à multis præscripta: Dyspnœam siccitatemque Gutturis & Linguae inferendo, simili Epilogi præludunt. Semper itaque usque ab initio, & per totum progressum Morbi, diluentia præscribo. Nec Cæviam tenuem pane tosto alteratam prohibeo; nisi Aëritudo, vel Nausica, Vomitio, vel Diarrhoea contradicaverint.

In difficulti Respiratione, & ubi Salivatione maximè opus est, Indicationes pro Medicamentis valedi calidis nullas agnosco. Cæterum, si forsan, non obstante eorum usu, Patientes evadant, viribus Naturæ referendum est. Parium extumescentiam Opia sati bene promovent; & Salivationem diluentia. Calida autem Medicamenta, sanguinis accelerando motum, utrumque inhibitent. Etenim Fermentatio & Secretio contemporaneæ, nullo modo consistunt. Cojus rei exemplum nuperime vidi singulare in Domino Hatfield, cui pharmacopæus erat D. Lancashire. Is enim, cum mali moris variolis laboraret, & ex sumpta Tincturæ Croci, vel Confect. Alchermes tantum pulla dosi, Febris vehementius accenderetur, coscitus sum oculos Cancerorum, Margaritas, & similis, cum diluentibus præscribere. Quorum benigna vi Aërotum ex orci faucibus eruptum sanavi. Sed ad histriam præ manibus jam redeo.

Die 22do intellexi generosam Mulierem, cuius hic casum narrare, nocte precedente vix dormisse. Multum de Calore interno querebatur, palluitque Urna. Unde & Metastasis materie, aut Pustularum Miliarum, aut Variolarum metui. Præscripti itaque sequentia.

R. Decot. Pectoral. depurat. Aq. Lact. alex. an. ʒij, Theriacal. ʒij, Ms. sumat haustum aliquoties in die.

Et quod melius, non solum Variolas, diluendo, sed & Pustulas Miliarum, Spiritus roborando foverem, Julapium cum Discordio antea præscriptum, & alterum Cordiale, una cum diluente Julapio, vicissim sumenda præscripti.

Vespere in eodem statu perficit. Ideoque eadem Medicamenta jussi continuanda.

Tom. II.

Die 23to undecimo nempe à Morbi principio Agrota incidit in aliquanto gravius quam haecdus periculum. Nam totam sece noctem insomniæ fuerat. Potius, ut mihi videbatur, à Pustularum Miliarum vitio, quam variolarum. Præscripti itaque Pulv. & Chel. Canir. comp. ʒij, cum Julap. perlato sumendum octava quoque hora.

Vespere ter Alvis descenderat. Jussi itaque Paragonicum antea præscriptum quamprimum repetendum. Et post singulas sedes, mixturae cum Conf. Fracast. Cochl. iv, bibenda; addendumque Decotum album. Et ad alia Symptomata, ut sint in promptu Mucilago & Gargarina; ne non Apozema pectorale spiritu foliatura leviter acidulatum.

Die 24 narratum est. Febtem totam noctem intensiorem fuisse. Facies Mansaque, sed hæ minus, detumue. Ad hæ perstire Diarrhoea, defecere spiritus, respiravit difficultè, & Salivatio declinavit. Quibus Symptomatis ultimò præscripta methodo occurrentem censui. Addendo Oxymelis scillit. Cochl. j. Aq. Cinam. bord. dilutum. Et ut Pulv. è Chelis Cancror. comp. Apozematisque pectoralis in usu perfisteret; cum spiritus Corn. C. gutt. xvij, in singulis haustibus Apozematis. Et in Diarrhoeam, mixturam cum Confect. Fracast. statim & post singulas sedes sumendam jussi.

Vespere facilis respirabat. Verùm ex sumpto Oxymelito scillitico aliquoties vomuerat. Julapii itaque sequentis haustum urgente vomitu bibendum præscripti.

R. Aq. Menth ʒx, Peon. comp. ʒij, Spir. Mentha gust. x, Syr. Meub. ʒij, Ms. f. Julapium.

Die 25to narratum est. Patientem nocte præcedente calore febrii validè accenso gravaram fuisse; necnon delirio, Respiratione difficultè, & Diarrhoea: Minime autem modo Paroxysmi regularis. Variolas etiam ubique migrantes, quasi Gangrena tæsus, apparuisse. At cum mane accederem, Symptomata hec vidi maximè diminuta, & Vomitio penitus suppressa. Ad Tracheas autem, quam nunc passa est, strangulationem, Pilulas sequentes sumendas curavi.

R. Cætor. gr. vj, Apefætid. gr. xij Syr. Paralys. q. s. Ms. f. Pil. n. vj. Et ut perfisteret in usu ultimò præscriptorum.

Vespere Exacerbatio febrilis, cum Vigiliis, delirios, dyipnoes, Sed bus Motibusque Convulsivis, fuit reperita. Emplastrum itaque subpedalia, Vesicatorium inter Scipuliss, Bolumque cum Julapio sequentem præscripti.

R. Spermat. Ceti, & Pulv. Cancr. comp. an. ʒij, Laud. Lond. gr. j, Syr. Peralys. q. s. Ms. f. Bolus sumendum statim, superbibendo Julap. seq. Cochl. iv. & deinceps per intervalia.

R. Aq. Rute, ʒx, Peon. comp. ʒij, Sacchar. alb. q. s. Ms. f. Julapium. Ut perfisterat in usu Apozematis pectoralis, & mixtura cum confect. Fracast. pro re nata.

Die 26to intellexi noctu Aëram perturbatam foisse inquietudine & delirio, nec non sedibus, spirituum defectu; sed sine suffocatione. Imperavi itaque ut in usu ultimò præscriptorum perfisteret.

Vespere caloris exacerbatio renovatur. Mitius autem deliravit, sedesque paulò restrictæ sunt. Præscripti itaque omnia continuanda; & urgente delirio, Vesicatoria Brachiis applicanda.

Die 27mo relatum est, noctem Aërotam pessimè sustinuisse. Nam ex reaccensi Febre deliravit cum vesicatione. Quamobrem & Curatrix præscripta Vesicatoria appoloit: Et ex vesicis aperiuntur Febris quam Delirium multum levabantur. Jussi itaque ut Tinctura Corticis Peruviani in promptu esset. Interim ed sicut sedandam, ut Lactis Aquam alexit. Saccharo edulcoratam biberet, & perfisteret in usu reliquorum

præscriptorum pro re nata.<sup>1</sup>

Observandum est, post apertas Vesicas Emplastris excitatas, Salivationem foissi redintegratam, & ad diem hinc usque quartum perstitisse. Unde constat, in Variolis, durante Salivatione, Medicamenta calida minime ad rem esse; nisi magnum aliquod Symptoma indicaverit; & jam tunc multum ea debere esse diuentia.

Eodem die circa Meridiem ad Patientem accedens, vidi illum, Inquietudine, Delirio, Dyspnoea, Suffocatione, Sedibusque immunitem. Calorem solummodo sensit internum; illius, qui Febri Miliarie, vel Corticis Peruviani in Febre intermitente præpropero usui succedit, non absimilem. Ad quem præscripti Margar. pp. 3*j.* quinta quoque hora sumendum, cuius efficaciam, ad hujusmodi calorem extingendum, frequenter expertus sum.

Vespere Febrilis calor erat expers, nondum tamen Alvus subsistit. Volui itaque ut fumeret perlarum pulvinum in forma Boli, quo in Ventriculo & Intestinis diutius maneret, transiretque melius in venas. Et ut decoctum album Mixturamque ex Conf. Fracast. &c. in promptu haberet.

Die 28*vo* minus caluit, sedesque pauciores sunt. Nec recurrere reliqua mala symptomata. Præscripti itaque ut in usu Decocti albi, Bolique cum Julapio sexta quoque hora persisteret:

Vespere in eodem statu erat laudabili quo mane. Ne tamen à Vesicarum Ulceribus, nimis citè desiccatis, morbificæ materiæ pars superesset, jussi Vesicatoris pone Aures applicanda. Scilicet ut Cathartici vicem expleneret, donec Purgatio per Alvum foret tempestiva. Et ut Julapii & decocti albi usus continua- retur.

Die 29*mo* similiter ut pridie se habuit. Quemadmodum & diebus 30*mo* & 31. Quapropter & iussi, ut in usu Pilulæ ex Asâ fœtidâ &c. & Julapii persistere. Et hoc die 31*mo* præscripti Pilulæ Stomachicæ cum Gum. 3*b.* hora somni sumendam, & manè seq. Syr. Rosacei solutivi 3*j.*

August. 1*mo* ter quaterve Alvus laxa fuit bonis avibus.

2*do* Usa est Julapio & Pilulis de Asâ fœtidâ, &c.

3*to* & 4*to* &c deinde 5*to* & 6*to* Pilulas Catharticas & Syrupum repetendo, à Morbo periculoſissimo omnino convalevit.

*Historia Febris Exitialis, ubi Æger statim à principio suā voce fuit privatus.*

C Iccè quintam diem Octobris 1709. digniss. Vi- ri D. Gulielmi Morisoni Armigeri Filius, sedem annos natus, Temperie biliosus, & in iracundiam alias Animi Pathemata facile accessus, Febre correptus est. In quâ Tempestate, ab aliquo sancta hebdomadis, Febris maligna Londini gravata fuerat.

Cum primùm illum visitaverim, nulla pars ei doluit. Neque ulla Vomitione, aut Ventriculi Ægritudine, Emetici usum indicante, tentabatur. Pulsus era frequens ac debilis. Et usque à Morbi principio magna loquendi difficultate, cum stupore affectus est. Quibus accessere Tremores subsultusque Tendinum; lingua arida & sebagra; Urina coloratior & clara, & ut plurimum involuntariè emissæ, cutisque calida & secca.

Hac pessimorum Symptomatum apparente Syndrome, accitus est D.D. Greve. Præscriptum Alexipharmacæ ex Serpentariae Radice, Bezoar, &c. & paucos post dies maculis rubris & purpureis Ægroti cu-

ticula, imprimis super Pectus, Crura, Tibiasque, fœdata fuit. Hæc Symptomata, aliquando paulò mitiora, dies quatuordecim prævalebant. Postea evanescerent, creveruntque adeò Motus Convulsivi, ut Æger plures dies moribundus videretur.

Ferè in Morbi principiū Emplastrum Vesicatorium capiti applicandum iussimus; ex quo recolligere mentem, & quodammodo balbutire cœpit. Deinde & in Morbi progressu artibus universis alia apponenda simò & aliquibus renovanda. Semper enim exsiccatis Vesicarum Ulceribus ferocius inguebant Symptoma.

Deinceps, cùm dies aliquot eadem Vesperi exacerbari videremus, Corticis Peruviani tunc pulverem tunc Infusum, minore Dosi visum est præscribere. Unde motus Convulsivi suppressi sunt. Ægrotus tamen, cuius vires & ipsa caro absumpta fuere ( ita ut in coxa, in quam cubabat, Sphacelismus generetur ) tandem faro cessit.

Notatu non indignum est, quod Morbi decem aut duodecim ulius diebus, adeò scètè spiraret perspiraretque Ægrotus, ut cubiculum odoratis fumigare necessum esset. Et ego ipse, cùm paulò proprius illi, in os meum respiranti inclinarem, subito Ægritudine & Languore correptus, horas aliquot in patulis agris vehi costitus sum; & inde rediens Vinum Hispanicum Montanum affum inter prandium bibere.

Dilectum est cadaver perita manu D. Douglass. Super pectus fuscæ coloris maculatum congeries adhuc erat conspicua. In Arteriis Venisque in Abdomine magis conspicuis, nil contentum erat, præter 3*pol.* nigricantis Sanguinis, mediis spatiis sero omnino vacuis. Haud equidem vulgare spectaculum. Vel quod rariis continget, vel ex Febris mortuorum, rariis difficaremus Cadavera. Etiam si hinc constet, hujusmodi cadaverum, æquè ac aliorum, Anatomen, haud medicri ex uia fore. Proindeque hanc Febris, licet alterius generis, Historiam apposui; tunc ut exhiberem exemplum, ad Tractatus prioris Appendicem referendum; tunc ut Alios alia hujusmodi Exempla, in communem Medicorum ulum susaderem proferre. *Hætitus David Hamilton.*

### J.O. MARIAE LANCISII

Intim. Cubicul. & Archiat. Pontificii

### LIBER Completens V. EPIDEMIAS

Perniciosarum, & Castrensem Februm, quæ diversas Pontificia Ditionis Urbes penè vastarunt.

Præmissis iis que ex eodem Clarijs. Autore, sa- lataria sunt paludum accolis: & quorum usu ef- fluviis minus ladi possunt.

C Um salubris aëris, vicissim respiratione accep- tus, remissisque, nostra fluida blandè pre- mat, miscent, dividat, subtiliora, levioraque reddat: undè vigor, & sanitas solidis etiam par- tibus accedit: insulubris contrà, ex palustribus præser- tim halitibus, eadem liquidis, atque indè totum hominem multisariam labefactet; locus se aperit, ut prophylacticum ostendamus vitæ regimen: quo quis propè lacunas, & stagna habitare coactus, sese à pra- vis eorum exhalationibus utcumque tueri possit. Rec- tè enim M. Varro graviora inquit, que ex cali, ter- raeque insalubritate oriuntur mala; per nostram diligen- tiā leviora fieri possunt.